This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Harvard College.
1861.

GP
75
445

5.82

1879

Gp 75. 445.

BOUGHT WITH

THE INCOME FROM THE

SUBSCRIPTION FUND

BEGUN IN 1858.

23 Jan. 1873.

SCHOLIA GERMANI

IN PINDARI OLYMPIA

E CODICE CAESAREO VINDOBONENSI.

SCHOLIA GERMANI

IN PINDARI OLYMPIA

E CODICE CAESAREO VINDOBONENSI

EDIDIT, ALIORUM SCHOLIORUM SPECIMINA

ADIECIT,

EPISTOLARUM CRITICARUM TRIADEM

PRAEMISIT

(Karl Johannes)

TYCHO MOMMSEN,

SLESVICO-HOLSATUS.

c KILIAE

IMPENSIS ERNESTI HOMANNI.

MDCCCLXI.

Gr 75.445

1873, Jan. 23.
Subscription Fund.

LIPSIAE TYPIS B. G. TEUBNERI.

EPISTOLAE CRITICAE.

I.

AUGUSTO BÖCKHIO S.

Invenire studiis criticis quod pro certo haberi possit etsi non magnum tamen rarum et iucundum est. Quod cum mihi de nonnullis Pindari locis contigisse existimem, nihil antiquius habui quam ut Tibi, vir optime et cordatissime, ut Tuo iudicio comprobes, proponam.

Permultos locos non recte in veteribus libris traditos esse constat, ita ut aut Byzantiorum emendationes accipere aut alia iis substituere oporteat. Insigne eiusmodi exemplum offert Ol. X, 10 (XI, 10), ubi omnes vetusti libri

ἐκ θεοῦ δ' ἀνὴρ σοφαῖς ἀνθεῖ πραπίδεσσι[ν].
ἴσθι νῦν, Ἀρχεστράτου
παῖ, τεᾶς, Ἀγησίδαμε, πυγμαχίας ἕνεκεν
κόσμον ἐπὶ στεφάνῳ χρυσέας ἐλαίας
ἀδυμελῆ κελαδήσω.

scribunt, primo versu mutilo. Deesse enim ante πραπίδεσσιν videtur vox trisyllaba quae anapaestum expleat. Quam cum invexerint Byzantii (et quidem quod ex accurata librorum collatione apparet primus Moschopulus) ita:

ἐκ θεοῦ δ' ἀνὴρ σοφαῖς ἐσαεὶ πραπίδεσσιν.

hanc scripturam omnes editores accipere satishabuerunt. Verba igitur ἴσθι νῦν κτλ. ad priora ἀσυνδέτως applicata esse voluerunt. Scholiasta Vetus, locupletissimus sed tractatu difficillimus auctor verborum Pindaricorum, alio nos ducere videtur. Is enim quum sententiam generalem ἐκ θεοῦ κτλ. exponeret, addidit: ὁμοίως ὥσπερ καὶ σὺ νενίκηκας, et in sequenti paraphrasi ἴσθι δὴ οὖν posuit, neutro loco ἐσαεί reddens. Is igitur neque asyndeton videtur habuisse, neque ἐσαεί ullo verbo tuetur.

Iam duo codices vetusti, quibus nos primi usi sumus, lacunam explent. Prior (Par. G), qui duodecimum saeculum attingit ut fere

aequalis sit Vaticano B olim a nobis tanquam omnium et vetustissimo et praestantissimo indicato, habet *ἀνθεῖ πραπίσιν· ὅμως ὤν | ἴσθι νῦν*; alter (Leid. C) melius etiam *ἀνθεῖ πραπίδεσσιν | ὅμως ὤν ἴσθι νῦν*. Apparet igitur non ante sed post vocem *πραπίδεσσιν* in fine versiculi duas voces quae priora cum sequentibus copularent excidisse. Quae si cum Scholio illo componuntur, Pindarum scripsisse constat:

ἐκ θεοῦ δ' ἀνὴρ σοφαῖς ἀνθεῖ πραπίδεσσιν· ὁμῶς ὤν
ἴσθι νῦν, Ἀρχεστράτου
παῖ, τεᾶς, Ἀγησίδαμε, πυγμαχίας ἕνεκεν
κόσμον ἐπὶ στεφάνῳ χρυσέας ἐλαίας
ἁδυμελῆ κελαδήσω.

Tam paratum auxilium utinam aliis in locis haberemus! Ut Pyth. V, 118 = 159, ubi Moschopulus *ὤ πλεῖστα* de suo scripsit, Pyth. XII, 7 = 13 ubi *Γοργόνων*, Nem. I, 52 = 80, ubi satis probabiliter *φάσγανον* additum est. Latere autem videtur editores Triclinium non accepisse priorem scripturam, sed proposuisse alteram: *ὑμεῖς γε*, notula critica addita, quam ex codice Florentino (Ab. Fl.) olim transcripsimus: *οὐ χρὴ γράφειν ὦ Κρονίδαι, ἀλλ' ὑμεῖς γε Κρονίδαι, ἵν' οἰκεῖον ᾖ τὸ κῶλον τοῖς πρὸ αὐτοῦ τοιούτοις κώλοις.* Idem eiusdem carminis versum extremum ita mutavit: *εὔχομαι Οὐλυμπίᾳ τε τούτῳ δόμεν γέρας ἔπι Βάττου γένει.*

Sed si in his locis optimi illi codices [1]) nos deserunt, aliis optime succurrunt.

Ut Ol. VII, 85 = 155 solus Par. G verum habere videtur

ἀγῶνές τ' ἔννομοι
Βοιωτίας

pro vulgata lectione omnium veterum librorum *Βοιωτῶν*, quae in metrum peccat. Nam quod in nostris editionibus legimus *Βοιώτιοι*, Thomae Magistri videtur esse emendatio.

In eodem carmine (vs. 68=124) lemma Par. G et lemma Vat. B *τελεύταθεν* habent; idem vetusta manus ut variam lectionem supra scripsit in Vat. B *γρ. τελεύταθεν*, est etiam *ἐτελειώθησαν* in schol. vet. — Ib. 20 = 36 in Par. G *τοίνυν* ut in Thomanis, et fortasse idem Scholion (*οὖν τοῖς*) legit. — Ib. 68 = 124 est varia scriptura vetusta *μέρος* (pro *γέρας*), quae in Par. G sola est et in Vat. B eadem ratione supra scripta (*γρ. μέρος*).

---

[1]) Quum in fine mutili sint; explicat enim Leid. C. Ol. XIII, extr., Par. G Pyth. V, 52 = 67.

Certius his est Ol. VI, 62 = 107, ubi ope optimi libri Vat. B

ἀντεφθέγξατο δ' ἀρτιεπὴς
πατρία ὄσσα, μετάλλασέν τέ νιν· ὄρσο, τέκος.

non τέκνον scribendum esse existimo. Legitur enim tanquam lemma inter media Scholia Ὄρσο τέκοσ in Vat. B, quod et gratius sonat et exquisitius est; nec quomodo forma τέκος in media Scholia irrepere potuerit nisi olim in textu lecta fuerit video. Contra τέκνον ex glossa facile explicatur.

Ol. I, 41 = 66 rarior quorundam librorum lectio χρυσέαισι κἀν nec in Vat. B nec in Par. G invenitur, sed in illo vulgatior χρυσέαισιν ἀν' et ἐν, utrumque a vetere manu; in hoc vero χρυσέαις κἀν. Iam reputa quam facile *K* et *IC* confundi potuerint et vide ne Pindarus χρυσέαισί σ' ἀν' ἵπποις scripserit. Venit in mentem alius locus. Pyth. IX, 62 = 108 libri θηκάμεναι et θησάμεναι, sed solus Vat. B θᾱκάμεναι. Id simili ratione ex ΘΑΗCΑΜΕΝΑΙ = θαησάμεναι ortum esse videtur, quo Scholia ducunt καὶ θαυμάσασαι τὸ βρέφος. Sero vidi in eandem me cum Bergkio emendationem incidisse, quam ille vir ingeniosissimus non cognita scriptura Vaticani ex Scholiis eruit. Tanto magis confido nos verius de hoc loco iudicasse quam sive Moschopulum (κατθηκάμεναι) sive Triclinium (ἐνθηκάμεναι). — In eodem carmine Ol. I. vs. 107 = 173 κῦδος, quod Faehsius coniecerat Tuque sine libris reponere non audebas, in duobus perbonis libris (Par. G, Vat. P), κῦ$^{\eta}$δος in Perusino, κῆδος in Leid. C, κᾶδος in reliquis, κᾶδος in nullo libro legitur.

Ol. VIII, 10 sq. = 14 sq. ex Scholiis, si cum Caes. A pro δόξαν δόσιν scripseris, patebit legisse veteres

μέγα τοι γέρας αἰεί,
ᾧτινι σὸν κλέος ἕσπητ' ἀγλαόν.

quod ita simplex est ut est bonum. Attamen Scholia Vrat. A, fons optimus, contra facere videntur. — In eodem carmine (vs. 16 = 20) Par. G, Gott., Leid. C soli ex libris non interpolatis ὅς tuentur, quod quum in plurimis libris excidisset, recte a Thoma et Triclinio repositum est. Contra Moschopulus male ὃν inculcavit, omisso σε. Hic locus vitium contraxit ex glossa ἐν in textum delapsa. Id saepius factum est, quum recentior Graecitas ἐν simplici dativo praefigere soleret. Cf. Ol. II, 61 *sq.*, Pyth. III, 36, Nem. III, 46 *sq.* — In eodem carmine (vs. 40 = 52) ἀνόρουσε, quod in Scholiis p. 195, 16 legitur, est etiam in Vat. B, non ἐσόρουσε; in Leid. C ἐπόρουσε.

Ol. IX, 34 = 53 Par. G cum Perusino et lemmate Gottingensis κοιλὰν ἐς ἀγυιὰν. Idem lemma Scholiorum Vratislaviensium praestat,

quibus in lucem proferendis non solum de Pindaro sed etiam de universa literarum republica optime meritus es. A Vat. B hoc lemma abest. Iam cum tria genera codicum (B, C, D) consentiant, *πρὸς*, quod glossema plurimos optimosque libros occupavit, eiicere non dubito.

In undecimo carmine Par. G et Leid. C, nonnunquam assentiente Vat. B, saepius ea quae ex solis interpolatis habebamus tanquam recte emendata confirmant. Ita habent vs. 13 = 17 *Ζεφυρίων* et 35 = 43 *Ἐπειῶν βασιλεύς*, ut alia mittam. Iam si ib. vs. 9 = 12 solus Par. G praestat *γε τόκος θνατῶν*, ubi omnes reliqui veteres libri idem habent, sed *γε* omisso, nec Byzantios (*ὁ τόκος ἀνδρῶν*) nec G. Hermannum (*τόκος ὀνάτωρ*) rem acu tetigisse sed ita scribendum esse opinor: *γε τόκος ἀνδρῶν*. Nec fortasse spernendum *παλάμαις* quod idem optimus codex cum solo Leid. C vs. 21 = 25 pro *παλάμᾳ* habet. Denique quid Tibi videtur de scriptura vs. 13 = 17:

νέμει γὰρ Ἀτρέκεια πόλις Λοκρῶν

quae in solo fuit Leid. C ante correctionem? Si poeta *πόλις* eo sensu scripserat ut Accusativum Pluralis numeri esse vellet, grammatici cum id aut non admitterent aut non viderent alii alia commenti sunt. Ex Scholiis tantum constare videtur, veteres *ἀτρέκειαν πόλις* (quod in paucis tantum libris est, ut in Vat P) et *ἁ τραχεῖα πόλις* (quod in nullo libro est) legisse, utrumque invito metro. Sed *πόλιν*, quod in plurimis atque optimis codicibus est, non agnoscitur nisi a recentioribus interpretibus, ut a Moschopulo (Eustathio) p. 241, 2. — Idem puto accidit de *φάτις* Ol. I, 28 = 44. Cf. *Μοῦσας* Hesiodeum. Admisit autem poeta in Aeolicis et Locricis carminibus multa quae alias vitavit.

Tantum de Olympiis. Ex primis Pythiis aliquot locos, si huius libelli ambitus capit, in annotatione tractabo.

Pyth. IV, 211 = 375 Tu ex Gott. (pr. m.) cum Beckio et G. Hermanno *ἔπειτεν ἤλυθον* scripsisti. Verum si optimi libri Vat. B lectionem *ἔπειτ' ἀνήλυθον* cognitam habuissetis, non sprevissetis credo, quum vix ulla vox aptior esset flumen adversum subeuntibus. — Vs. 232 = 412 notabilis saltem est lectio Vat. B et lemmatis in eodem libro *κροκόεν* pro *κρόκεον* vulgato, in poeta talium formarum amantissimo. — Vs. 255 = 455 optimi codices Vat. B, Par. A, Par. G aliique vulgatam lectionem *ἅμαρ ἢ νύκτες* tuentur; iidem *ὄλβον*.

Pyth. V, 73 = 97 Moschopulus *γαρύοιτ'* scripsit. Optimi libri in *γαρύετ'* consentiunt, nisi quod *γαρύατ'* Gott. (non in lemmate solum, sed etiam in textu), et *γαρύεντ'* Rom. lm. Rom. Vat. C, Pal. C, Par. M praestant. Lemma Parisinorum codicum *γαρύεται* scribit, quod nescio an defendi possit, soluta arsi versuque undecimo cum duode-

cimo str. et antistr. coniuncto. Quid Triclinius voluerit latet, deest enim in iis quibus usus sum libris Triclinianis maxima pars huius carminis.

Pyth. VI, 7 est in Vat. D et Gott. supra *ὕμνων* glossa vetusta *γρ. καὶ ἵππων.* Idem habet vetus paraphrasis p. 388, 11 sq. *ὁ ὑπὲρ τῆς τῶν ἵππων νίκης Πυθιόνικος θησαυρὸς, τουτέστιν ὁ ὕμνος* ... cui verba infra posita (20): *τὸν ὕμνον, ὃν καὶ θησαυρὸν εἶπεν* non adversantur. Sed in alio Scholio (22) *τὸν οὖν τῶν ὕμνων θησαυρὸν* est. — Vs. 19 *νυν*, quod Bergkius scholiasta duce scripsit, confirmatur lectione Vat. B, qui et in textu et in lemmate *νῦν* habet. — Vs. 45—47, ubi Tricl. *ἅπασαν* expulit quod redundat, in reliquis ita

πατρῴαν μάλιστα πρὸς στάθμαν ἔβα,
πάτρῳ τ' (Vat. B *πάτρῳ*) *τ' ἐπερχόμενος ἀγλαΐαν ἔδειξεν*
ἅπασαν. νόῳ δὲ πλοῦτον ἄγει,

traduntur, ut *πάτρωϊ* ad *πατρῴαν*, *ἅπασαν* ad vocem quae initio vs. 46 exciderit (*ἴσαν*, *ὅλαν*) pertinere appareat. Schol. *alterum: ἢ οὕτως· ἀντὶ τοῦ πάτρωϊ ποιητικῶς λέγει·* non *πάτρωϊ* explicat sed *πατρῴαν* utpote a poëta ad *patruum*, non ad *patrem* relatum. Etenim *θείῳ* h. l. non libris MSS. sed editoribus (Heynio credo) debetur. — Vs. 50. Vat. B *ὅσον* (non *ὃς*) et in sch. *οὓς εὗρες ἱππείας ἐσόδους*, quae non interpretantis sed laudantis esse videntur. An *ὡς* (*ἃς?*) *εὗρες?* Mihi *ὀργαῖς πάσαις* glossema (quamvis poeticum) est versiculi *μάλα ἀδόντι νόῳ*. Fortasse *ὅσον ἱππείαν εἴσοδον* indidem ortum, pro *ὡς* (quoniam) *εὗρες ἱππίας ἐσόδους*. Quae ratio a Moschopulea (*εὑρές θ' ὃς*) propius abest quam a Tricliniana (*ὀργαῖς ἐς*).

Pyth. VII, 5 codices coniecturae Bergkianae *τίνα οἶκόν τ' ὀνυμάξομαι* non subscribunt, nisi quod *τίν' οἶκον* est in lemmate Gott. Sed alium locum consideres velim propter digamma similem, Nem. V, 1. Ibi nunc inde ab Er. Schmidio *ἐλινύσοντα μ' ἐργάζεσθαι* est, sed *μ'* in *nullo* libro[1]) reperitur nec est in paraphrasi scholiastae, immo Brubachianae videtur esse inventum. Est autem minime necessarium:

Οὐκ ἀνδριαντοποιός εἰμ' ὥςτ' ἐλινύσοντα ἐργάζεσθαι ἀγάλματ'
ἐπ' αὐτᾶς βαθμίδος
ἑσταότ'.

Pyth. VIII, 72 = 101 fugit Te vel potius Gerhardum quum optimum codicem Gottingensem excuteretis, glossam ibi non a secunda sed a vetere manu quae reliqua exaravit supra *ἄφθιτον* scriptam esse: *γρ. καὶ ἄφθονον.* Idem manifesto legit vetus interpres quum *ἀνεπίφθονον* redderet, idque huic loco maxime convenit:

---

[1]) *Ἐλινύσοντ' ἐργ.* Vat. B, Aug. C. *ἐλλινύσοντ' ἐργ.* Ald., Rom., Crat., Steph. *ἐλλινύσσοντ' ἐργ.* interpolati codd. *ἐλλινύζοντά μ' ἐργ.* Brub., Mor. *ἐλινύσοντά μ' ἐργ.* Er. Schmid., Bö. *sqq. ἐλινύσσοντά μ' ἐργ.* Heyn. Oxon.

θεῶν δ' ὅπιν
ἄφθονον αἰνέω, Ξένάρκες, ὑμετέραις τύχαις.

Pyth. XI, 21 = 32 πόρευσ' (non vitium Romanae πόρευ'), 24 = 38 δαμαζομέναν, lectiones Triclinii, etiam in Vat. B; item 25 = 39 ἐννύχιοι Schmidianum in eodem; denique 26 = 41 ἀμβλάκιον, quod Schneidewino quoque ex eodem relatum esse video, quamquam illum collatorem plurima neglexisse apparet. — Maxime vero notabilis huius codicis lectio, quam Fulvius Ursinus suo quoque editionis Romanae exemplo adscripsit, est vs. 56 *sq.* = 86 *sq.* μέλανος δ' ἐσχατιὰν καλλίονα θανάτου ἐν ... (vel ἐμ, reliquis madore deletis) γλυκυτάτᾳ γενεᾷ, omisso ἀν' vel ἄν, quod et constructionem verborum impedit neque agnoscitur a Scholiasta posteriore (nam p. 420, 14 est in Vat. B ut in Rom. μέλανος δὲ θανάτου, τοῦ ᾅδου, φησίν.), firmato vero Genitivo θανάτου, quem et Scholiasta habuisse videtur, et Schmidius atque Hermannus indidem eruerant. Ἐν sine dubio corruptum est.

Pyth. XII, 4 = 7 latebat hucusque lectio Tricliniana θ' ἕλαος, ad tollendum hiatum excogitata.

Addam nonnulla ex primis Nemeis. In fine primi carminis pulcherrimi Par. A cum Moschopuleis αἰνήσειν γάμον, Vat. C, Caes. A cum Triclinianis αἰνήσειν δόμον, Vat. B αἰνήσει δόμον (quod Aug. C indidem repetit) supra scripta vetere glossa γρ. γάμον. At neutrum huic loco aptum est, quum et δώματα et ipse γάμος in ipso proximo versu antecedentia faciant ut repetitio quam maxime langueat. Nec apparet Scholiastam alterutrum legisse: οὗτινος Διὸς καὶ θαυμάσει τὴν σύνοδον, εἷς δὲ ἐκ τῶν θεῶν γενόμενος σύννομος ἔσται τοῖς οὐρανίοις θεοῖς. Auxilio venit Scholion quod olim a me Romae ex Vat. C exscriptum nunc in Caes. A quoque invenio: Τὸ δὲ σεμνὸν αἰνήσειν, ἀντὶ τοῦ εὐαρεστήσειν τῷ παρὰ θεοῖς νόμῳ. ἢ οὕτως· τὴν διανέμεσιν τὴν παρὰ θεοῖς ἐπαινέσειν. Quos apparet habuisse in libris suis *NOMON*, sed utrum νόμον an νομόν scriberent haesitasse. Iam vide ne eandem Scholiastae supra laudati mentem fuisse ex voce σύννομος colligi possit. Egregie opinor poeta Herculem quum in deorum societatem reciperetur sanctam legem qua haec societas regeretur probasse atque accepisse dicit. Vulgata vetustissima *AINHCEIΔOMON* ex *AINHCEI NOMON*, liquida non duplicata, facillime explicatur, γάμον ex imperiti hominis correctione qui proxima arripuit.

Nem. II, 12 = 18. Meministi Erasmi Schmidii, qui „Perperam", inquit, „ in προλεγομένοις Nemeorum Scholiastae legitur: μὴ τηλόθεν ὠαρίων ἀνεῖσθαι". Ille quidem locus quem laudat non ad Prolegomena sed ad Nem. I, 3 vulg. pertinet. Notes velim esse vere ὠαρίων

ἀνεῖσθαι in Romana editione quippe fidelissime archetypon secuta, nam Vat. B ὠαρίων ἀνεῖσθαι scribit. Eodem loco Vat. B et Rom. δὲ οἶκος male separatum exhibent. Sed, quod gravius est, idem liber praestantissimus Vat. B (cum apographo suo Aug. C quod miror non esse animadversum) in textu Nem. II. ὠαρίων᾽ ἀνεῖσθαι habet. Quaeritur igitur utrum Pindarus νεῖσθαι an ἀνεῖσθαι dicere voluerit. Prius reliqui libri quotquot contuli et boni et mali praestant, idemque diserte agnoscit Eustathius in loco ab Heynio laudato: νεῖσθαι ἢ κεῖσθαι. Alii aliis verbis Scholiastae utuntur, ex quibus πορεύεσθαι (Didymi, credo,) voci νεῖσθαι maxime convenit, sed Aristarchus ἐπέχειν (vel, si Vat. C, Caes. A sequi mavis, ἐπάγειν) reddit, Pindarumque hoc loco Orionem Pleiadum sectatorem fingere dicit, quum alio loco rem inverterit. Cui interpretationi simplex νεῖσθαι i. e. „incedere“ „iter facere“ minus aptum est quam ἀνεῖσθαι, sive (quod venatoris est) missis habenis ferri („nachhetzen“), sive sursum emissum esse in coelum, ortum esse (pone Pleïadas) intellexeris. Iam hoc dicit poeta: Ut consentaneum est post Pleïadas mox Orionem in coelum missum iri, ita post septem victorias e saltu Nemeaeo reportatas apparebit alia victoria ludicra gloriosior etiam, tanquam sidus sidere fulgentius. Haec imago siderum aliorum post alia escendentium voce ἀνεῖσθαι addita distinctior evadit.

Nem. III, 75=130. A Tricliniana ratione (ὁ μακρὸς αἰών), quam olim probabas, dissentiens cum Er. Schmidio (ὁ θνατὸς αἰών), Hermanno, Bergkio facio. Nititur enim vulgata Romanae non solum optimorum codicum (Vat. B, Aug. C), sed etiam ipsius Aristarchi fide (τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον), cui insequens paraphrasis (ὁ θνητὸς αἰών) astipulatur. Totum pondus in τέσσαρας, non in μακρός collocatum est; si in utroque, tumeret oratio. Tres aetates statuere aptum, quatuor eiusmodi: puer — vir — aetate provectus — senex, artificiosum. Scioli alicuius, qui poetam corrigere ausus est, mutatio μακρός Par. A, Med. B omnibusque interpolatis illata esse videtur ut vs. 56 =97 ἀγλαόκρανον.

Paullo post Tua distinguendi ratio non comprobatur optimis libris, sed Thierschii, quam Bergkius in priore editione secutus erat, nuper vero reiecit, ita: „Mitto tibi mel lacte temperatum, admixtus vero ros ambit potum (hunc, ut Er. Schmid. recte addidit) cantabilem inter flatus tibiarum.“ Hoc poetarum more dictum est, me quidem arbitro, optime. Appositione autem quae Tibi placebat vereor ne nimis discerpatur oratio. Oxonienses editores, qui post γάλακτι plene, post ἀοίδιμον commate distinguebant, praeiverant Moschopulus et Triclinius

interpolatores. Sunt enim codices et optimi et maxime interpolati, qui accuratissime distinguant. — In transcursu moneo, de vs. 47 *sq.* = 82 *sq.* id quidem recte ex Vat. B Schneidewino relatum esse legi ibi σωμάτια .... ἀσθμαίνοντα, sed in eiusdem libri lemmate πὰϱ pro παϱὰ inveniri non item. Quae scriptura σωμάτια δὲ πὰϱ Κϱονίδαν metro sufficit.

In Scholio ad Nem. IV, 10 Med. B Toupio palmam vindicat. Etenim in fragmento Callimacheo (121), ubi Vat. B lacunam indicavit ita χεῖϱας ἵνα, Med. B χεῖϱας ἐμοῖς. ἵνα praestat idem quod Toupius coniecerat. — Alium locum corruptum, qui p. 452, 11 Tuae editionis legitur, quique in Vat. B ita habet: διὸ τὸ στάδιον, indicata lacuna (a Callierge per αὐτὸ male expleta), ex eodem libro Mediceo ita restituere possum: διὸ καὶ τὸ ἐν Θήβαις γυμνάσιον ἀπ' αὐτοῦ Ἰολάειον καλεῖται καὶ ὁ ἀγὼν Ἰολάεια. Δίδυμος γάϱ φησιν ἄγεσθαι Ἰολάεια ἐν Θήβαις ἀγῶνα γυμνικὸν, αὐτὸ δὲ μόνον τὸ στάδιον. Exciderunt igitur multo plura in Vat. B (Rom.). — Vs. 68 ἐς γενεάς νιν coniicio, et vs. 90 ἀείσεται, παῖ, ὁ σός. utrumque sine libris.

Nem. V, 43 = 78 in loco vexatissimo ad coniecturarum partim ingeniosarum acervum nova accedit viri summi Fulvii Ursini. Is enim suo exemplari editionis Romanae, quo in bibliotheca Vaticana asservato olim Romae uti licebat, adscripsit μετ' ἀΐξαντα. Ursinus, cum multa ex suo codice (Vat. B) deprompta adscriberet, hanc tamen scripturam indidem non hausit sed ipse invenisse existimandus est. Iam consideranti Scholion vetus: μετὰ τὰ προειρημένα πεϱὶ (codd. ὑπὸ) σοῦ ἔτι καὶ ἐπὶ τοῦ παϱόντος apparere mihi videtur, Scholiastam habuisse μετά et sequens aliquod participium, μετ' αἰνιχθέντα vel simile quid. Ut hoc mittamus, quid si ipsum illud Ursinianum μετ' ἀΐξαντα scribamus? Iam κείνου ad Peleum referendum est, in quo totius loci quasi cardo vertitur, et *Πυθέας* cum „*ἐνίοις*“ (quo nomine Didymeorum Scholiorum compilator saepius *veterum* Alexandrinorum optimos indicare videtur) scribendum erit, ita: „Postquam tu, Euthymenes, in has quas modo nominavi victorias quasi primus irruisti, praegressum secutus nunc etiam cognatus tuus gentem Aeginetarum decorat.“ Compara Homericum κάλλιστος μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα.

Paulo post vs. 52 = 95 optimorum codicum (Vat. B, Aug. C) lectio παγκϱατίῳ hucusque latuit, quae fortasse praestat vulgatae παγκϱατίου, alio epimerismo. Neque eorundem lectio ἄν τιν Nem. VI, 7 = 9 *sq.* innotuit.

Ne tamen angustos huius epistolae fines transgrediar, finem faciam.

Pauca tantum de Isthm. III permittas ut adiiciam. Divisum carmen est in Vat. B, coniunctum in Med. B. Hinc factum est ut Romana divideret, Aldina (nam interpolati codices ex Med. B pendent) coniungeret. Leguntur etiam in Vat. B eadem quae in Rom.: *Τοῦ τετάρτου εἴδους ἡ στροφὴ καὶ ἡ ἀντίστροφος καὶ ἡ ἐπῳδὸς ταὐτὰ μέτρα ἔχει τῷ τρίτῳ.* Subscriptionem tamen *τέλος τοῦ γ΄ τῶν ἰσθμίων εἴδους* et Inscriptionem quarti quod ferebatur carminis ipse Callierges addidisse videtur. Lacuna autem in Vat. B Inscriptioni patet ut in reliquis Isthmiis, quae causa est numerationis confusae. Callierges enim non solum Vat. B adhibuit, sed, quod multa ostendunt, in posteriore parte carminum saepius ipsa Aldina usus est. Ita etiam Inscriptiones Isthmiarum odarum indidem petiit. — Neque reticendum est in Med. B etiam Isthm. II cum III atque Isthm. V (vulg.) cum VI (vulg.) nullo discrimine interposito coniuncta esse, idemque iam de Nem. VII et VIII factum esse. Scholia tamen Isthm. II a Scholiis Isthm. III divisa sunt, sed Isthm. III. IV et V. VI ne in Scholiis quidem separantur.

Isthm. III, 36 = IV, 31 *ἅτε* non invectum a Callierge sed haustum ex Vat. B, quod nescio an nonnihil adiuvet *ἅ τε* Pauwianum. Contra III, 63 = IV, 77 *εἰκὼν* solius Calliergis fide nititur, non Vat. B, qui *εἰκώσ* cum rell. omnibus libris habet, quod haud scio an nonnihil detrahat *εἴκων* Meinekiano. — III, 71 = IV, 89 solus Vat. B *ἄκομπος* praestat, Aeschyleum vocabulum, pro *ἄκαμπτος*, nec paruit Callierges. — III, 89 = IV, 120 nihil auxilii est apud Vat. B. Omittit syllabam ut rell. non interpolati. Nam *τὴν* a metricis interpolatum esse librorum qui id habent natura ostendit. Mihi *καὶ* ante *παίδων* haplographia excidisse videtur, ita ut *καὶ παίδων τρίταν* scribere oporteat. Vetustiores interpretes de una tantum Melissi victoria inter pueros reportata eaque priore non dubitantes fortasse idem legerunt. — In vs. proximo futurum *κωμάξομαι* iam a compluribus ex Scholiis erutum confirmatur Med. B, Vat. E, al.

Haec habeo, vir praestantissime. Pauca sunt, fateor, sed tamen ex diligenti librorum inspectione conquisita. Quae Tibi excerpta offero ut et rem ipsam proferam et animum Tuum meae operae conciliem, non ut gloriolam inde captem. Quam si sectaturus eram, maiore festinatione uti oportuisset, quoniam plurima iam ante hos duodecim annos collecta habebam. At quum vita magnis mihi et multis aerumnis obnoxia fuerit quae cum patriae nostrae calamitate cohaerentes diu me non solum a civibus meis sed etiam ab his studiis exulare iusserunt, curabo tamen ne omnino pereant. Id autem ago ut traditionem carminum Pindaricorum, quae ex diligenti

librorum collatione effici possit, alios editores doceam, non quo id quod ipse probavero vel coniecero textum aere perenniorem fore opiner. Quo facto eventurum esse spero ut iis qui me doctrina atque ingenio superant ea porrigam in quibus utrumque exercere possint. Vale et fave mihi. Dabam prid. Kal. Oct. MDCCCLX.

II.

THEODORO BERGKIO S.

Non immemor eius benignitatis qua Tu olim, vir spectatissime, mea studia Pindarica excepisti, a Te potissimum peto ut nunc etiam foveas. Scis me Tecum et cum Böckhio viro illustri primis nonnulla ex itinere Romano de Vaticano B (qui Fulvii Ursini fuit) aliisque Pindari codicibus communicasse. Haec et Ephemeridibus Tuis et editioni cum insereres hinc inde non ita exhibuisti ut scripta esse volebam. Nam fefellit Te vel potius typographum Tuum epistolae meae quod *atra*mentum nescio an *pallida*mentum dicam, paratum nobis Capitolinis a viro insigni et perquam humano, quem iam fata omnibus invitis abripuerunt, cuiusque sodales illius temporis dilectissimi bene meminerint. Haec menda corrigere atque universam libri Ursiniani scripturam publici iuris facere in animo erat. Sed ingruit clades Slesvico-Holsatica. Qua iam impendente quum literis me certiorem faceres ut Tibi collationes meas traderem, non respondi. Cuius silentii veniam ex ipsis temporibus peto, nam cum iam in eo esset ut evaderemus quod nunc sumus gens perdita et nomen exstinctum, morosior fui. Postea, ut peccatum confitear, scribere me pudebat. Quod rogo te atque obsecro ne graviter feras. Iam Euripideum illud quam verum esset videbam:

καὶ τίνες ἄλλαι στοναχαὶ μείζους
ἢ γῆς πατρίας ὅρον ἐκλείπειν;

Post hoc nihil referre videbatur, in quo Germaniae angulo vitam ducerem. Procul ab Olympo, procul ab ignominia. Sed non nunc me ut olim rapit calida iuventas, Beselero et Reventlouio Coss. Tempore sanantur vulnera et labore. Anglicanos poetas scenicos veteres ad leges grammaticas, metricas, criticas rectius quam adhuc factum erat expendere conatus etiamsi operam meam quibusdam perboniş viris ut Delio, Mätznero aliisque paucis probavi, tamen plurimorum societatem haud invitus defugio atque renuncio, praesertim cum antiquitatis monumenta me sibi vetere amore devinctum et constrictum

teneant. Duobus annis abhinc Pindarica studia recepi atque ad ea quae ex Italia apportaveram diligentem Gottingensium, Monacensium, Vindobonensium, denique Parisinorum et Leidensium librorum collationem adiunxi. Id autem maxime quaesivi ut *genera codicum* recte cognoscerem. Nam cum librorum manuscriptorum magnus numerus sit (exstant enim circa centum et viginti), id ei, qui quid traditum sit expendere nec ad modum Tischendorfii molesta codicum enumeratione lectorem obruere volet, primum curandum est, ut genera distinguat, singulos cuiusque generis codices praetereat. Id igitur in editione quam paraturus sum faciam. Quae quum comparuerit, praefatione singula docebit; nunc, ut Tibi aliisque viris optimis gratum faciam, paucis summam complector.

Novem sunt codicum Pindaricorum genera, editionibus principibus inclusis *undecim*:

I. GENERA VETUSTA.

A. Genus primum sive Vaticanum. (Vat. B, Aug. C, Rom. [ex parte], Par. D (m. sec.).)

B. Genus secundum sive Vratislaviense. (Vrat. A in Scholl. ad Ol. II. — XII. et ft. in textu Ol. I. — Hinc inde gl. vet. Vat. B.)

C. Genus tertium sive Parisino-Leidense. (Par. G, Leid. C [ex p.], Perus. [ex p.].)

D. Genus quartum sive Mediceum, cuius sunt quatuor familiae
   1. familia Medicea. (Med. B.)
   2. familia Parisino-Veneta. (Par. A, Ven. F et D, Par. D (pr. m.) al. al.)
   3. familia Vaticano-Gottingensis. (Vat. D, Gott., Med. C, al. al.)
   4. familia Palatino-Caesarea. (Pal. C, Caes. A, Leid. C [ex p.] al.)

II. GENERA INTERMEDIA.

E. Genus quintum sive Thomanum. (Neap. A, Par. E, Aug. B, Caes. C, al.)

III. GENERA RECENTIORA INTERPOLATA.

F. Genus sextum sive Moschopuleum. (Leid. B, Caes. B, Bodl. γ, al. al.)

G. Genus septimum sive Triclinianum. (Ab. Fl. Par. B. Bodl. C.)

H. Genus octavum sive Compilatum. (Mosc. B, Par. Q, Ambros. D, al.)

IV. GENERA MIXTA.

I. Genus nonum sive Collectivum. (Med. A, Vat. E, Par. C, al.)

K. Aldina editio (fortasse Musuri).

L. Romana editio Calliergis.

Genus A, B, C, G perpaucos, genus D et F permultos (illud 25, hoc 38 circiter), genus E, H, I aliquot sed non multos codices continet. Singula non huius loci sunt nec de omnibus libris adhuc mihi liquet. Spero fore ut de quibusdam qui fortasse maximi momenti sunt proximo anno Tibi in praefatione mea accuratius referre possim.[1]) Quantum nunc scio, quatuor tantum genera: A D^1 G I omnia Pindari complectuntur, sed ita, ut D^1 I integerrima sint, A in quibusdam, G in multis lacunosum sit. — D^2, F, D^4 ad Olympia, Pythia et Nemea priora ita pertinent, ut D^2 Nem. I—IV, 1 1 1 vulg. cum fragmento Nem. VI., F Nem. I—III., D^4 Nem. I et II habeat. — D^2 Olympia et Pythia integra, C Olympia et partem Pyth., E Olympia cum Pyth. I et II comprehendit. — B et H ad sola Olympia pertinent. — Nondum igitur Moschopuleam recensionem ultra Nem. III persequi licuit, nec de Tricliniana in dimidia parte Isthmiorum constat. Thomanorum scriptura (nam Thomam etiam interpolatorem sed raro egisse certum est; cf. Scholion editum in hoc libello ad Ol. VII, 147 vulg.) tantum non in solis Olympiis mihi nota est. — Maxime autem dolendum est quod secundi generis textus paene totus interiit, quodque tertii tam multa desiderantur.

Thomani ex Vaticano-Gottingensibus, Tricliniani ex Thomanis, Compilati ex Triclinianis, Moschopulei ex Parisino-Venetis, Collectivi maximam partem ex Med. B pendent, sed hi excepto Par. C, qui per alia carmina Moschopulum, per alia Triclinium sequitur. Omnia genera mixta ex pluribus libris conflata, ut Aldina ex E, F, G. Romana ex H A [F] atque ex ipsa Aldina, sed sunt quoque utriusque editoris propria. Iam stemma accipe:



[1]) Moneo autem ne eorum quae in Philologi vol. IV. p. 510—531 de Pindari codicibus disputata sunt nimiam fiduciam habeas. Nonnulli optimi libri silentio praetermissi, multi falsis numeris indicati, alii ita ut non contineant ea quae continere narrantur, alii ne exstant quidem, ut in bibliotheca Reginae, quae nunc est Vaticanae, unus tantum, in Ottoboniana duo sunt, nihil amplius. Unum afferam quod ridiculum est. Par. A refertur sub num. 2403, idem liber tanquam Par. Q recurrit sub num. 2794. Scilicet eiusdem libri numerus antiquus (2794) cum novo numero (2403) confusus effecit,

Vetustissima exempla sunt generis primi et tertii, Vat. B et Par. G, uterque liber duodecimi saeculi. Ad quos e quarto genere proxime accedit Gottingensis, s. XIII; tum Par. A, Vat. D, Vat. C, Caes. A, alii. Plurimi hoc genus libri ad XIV. saeculum pertinent.

De aetate Par. G satis constat et ex ipso libri habitu et ex testimonio peritissimi iudicis C. B. Hasii, qui ut multa alia,

οὐ φθονέων ἀγαθοῖς, ξείνων δὲ θαυμαστὸς πατήρ,

ita hoc mihi praestitit. Alterum librum (Vat. B) ipse ad XII. saeculum palaeographicis aliisque rationibus permotus retuleram, donec scrupulum iniecit mentio Tzetzae, quae in mediis Scholiis (ad Isthm. I, 51. vulg.) ita occurrit (fol. 258, B) ... ὁ δὲ πατὴρ Θηβαῖος. Τζέτζου· ἄκουε, σίγα, μὴ μάτην λαβροστόμει. Θηβῶν μέν ἐστιν Ὀρχομενὸς ἡ πόλις. ἐγκωμίου τρόπῳ δὲ Θηβαῖον γράφει. Hi tres pessimi versiculi Tzetzae linea traducta a librario deleti sunt. [1]) Pars eorum tamen a Callierge servata est, ita ὁ δὲ πατὴρ Θηβαῖος· ἢ κατά τινας ὅτι Θηβῶν μέν ἐστιν κτλ. Nihilominus hunc codicem Tzetzarum fere aequalem esse plurimis indiciis constat, cademque Heysii et Hercheri sententia est.

Quarti generis proprium est subscriptionem unicuique carmini addere. Quae subscripta cum partim antiquitatis speciem prae se ferant et a collatoribus neglecta sint, quotquot hucusque reperi apponam.

Ol. I. τέλος τοῦ Θηβαίου Ἱέρωνος. (Med. C.)
Ol. II. τέλος Θήρωνος Ἀκραγαντίνου. (Med. C, Gott., al.)
Ol. III. τέλος Θεοξενίων. (Med. C.)
ὕμνου τέλος Θεοξένια. (Caes. A.) [2])
τέλος τοῦ παρόντος ὕμνου. (Par. A.)
Ol. IV. ὕμνου τέλος Ψαύμιδος ἐκ Καμαρίνης. (Gott., al. al.)
ψαύμμιδι καμαρίνου. εἶδος πρῶτον. (sic Med. C.)

---

ut idem codex bis describeretur. Bonus ille homo cum daemones quibus impar erat elicere vellet commisit quod Goethianus Scholasticus ut scopas dissolveret.

[1]) Quum ipse anno 1848 sperans me Romam reversurum esse obiter tantum de hoc loco annotassem, iterum nunc me rogante librum evolverunt amici Romani, ex quibus Detlefsenus Holsatus ita retulit, ut supra scriptum est.

[2]) Inscriptio Par. G τῷ αὐτῷ αρματι θεοξένια. Leid. C τῷ αὐτῷ στησιχόρια εἰς θεοξένια. Fortasse Στησιχόρεια carmen audiebat propter numeros pure Doricos, quorum hoc primum in carminum serie exemplum erat.

Ol. V. nulla subscriptio in plurimis, nisi quod *τέλος* simpliciter in Caes. A.
Ol. VI. versiculus pessimus in Med. C, Par. A, Gott., al. al.: *Συρακοσῶν ὅρπηκος Ἀγησία τέρμα ἀπήνης.*
Ol. VII. *τέλος Διαγόρου Ῥοδίου πύκτου.* (Gott., al.)
Ol. VIII. *τέλος Ἀλκιμέδοντος.* (Med. C, Gott., al. al.)
Ol. IX. *τέλος Ἐφαρμόστου.* (iidem.)
Ol. X (nunc XI) ut Ol. V.
Ol. XI (nunc X) *τέλος τόκου.* (Med. C, Gott., al. al.)
Ol. XII. *τέλος Ἐργοτέλους.* (Med. C, Gott., al. al.) [1])
Ol. XIII. *τέλος Ξενοφῶντος.* (Med. B C, Gott., al. al.)
Ol. XIV. nulla subscriptio.
Pyth. I. nulla subscriptio.
Pyth. II. *τέλος Ἱέρωνος.* (Gott., Vat. C, Caes. A.)
Pyth. III. nulla subscriptio.
Pyth. IV. *τέλος Ἀρκεσιλάου.* (Gott., Vat. C, Caes. A.)
Pyth. V. ut Ol. V.
Pyth. VI. *τέλος Ξενοκράτους.* (Caes. A.)
Pyth. VII. ut Ol. V.
Pyth. VIII. nulla subscriptio.
Pyth. IX. *τέλος Τελεσικράτους.* (Vat. C, Caes. A.)
Pyth. X. *τέλος Ἱπποκλέους.* (Vat. C, Gott.)
Pyth. XI. *τέλος Θρασυδαίου.* (Vat. C, Par. A.)
Pyth. XII. et Nem. I nulla subscriptio.
Nem. II. *τέλος Τιμοδήμου.* (Caes. A.)

Sub Olympiis plurimi *τέλος Πινδάρου Ὀλυμπιονίκων*, sed in Vat. B *Πινδάρου Ἐπινίκιοι Ὀλυμπιονῖκαι*; sub Pythiis plurimi *τέλος Πυθίων Πινδάρου*, sed in Caes. A versiculus

εἴληφε τέρμα πυξὶς ἡ τῶν Πυθίων.

Inter grammaticos igitur plurima carmina ipso victorum nomine appellabantur, quem usum ex antiquitate videntur accepisse. Diversos Hierones addito adiectivo distinctos fuisse, subscriptio primae Olympiae indicare videtur.

Quaeritur autem quomodo diversa quae supersunt *Scholiorum Corpora* ad genera codicum supra laudata referantur. Primum tenendum est morem scholiorum a textu separandorum sero usu venisse. Omnes libri qui textum solum vel Scholia sola continent recentissimi sunt et longe maximam partem interpolati.

---

[1]) In Par. A etiam *ἀρχὴ Ἐργοτέλους* inscribitur.

Duae Scholiorum Didymeorum recensiones exstant, quarum prior in solo illo inclyto Vratislaviensi libro invenitur qui unicum est secundi generis documentum mutilum et valde corruptum, altera in plurimis, modo integrior, modo succinctior, modo etiam recentioribus supplementis aucta. Ad primum genus sola scholia Vaticana pertinent, a Callierge ita edita, ut cum recentioribus quibusdam permiscerentur. Haec Vaticana in multis locis integriora sunt quam quae tertii quartive generis codicibus adjecta sunt. Nihilo minus iidem non pauca, quae casu ex Vat. B exciderunt, recte supplent. Quo nomine codex quarti generis praestantissimus Med. B multo quam adhuc factum est accuratius lustrandus est. Additamenta quarti generis recentiora bipartita sunt: 1) Gottingensia quae partim Böckhius edidit, partim Callierges (ex Vat. D credo olim Musuriano) Vaticanis intexuerat, quaeque in multis aliis codicibus exstant. 2) Germani Scholia, quae nuper in Vindobonensi codice inveni, quorumque partem priorem nunc edo. Idem liber (Caes. A) Gottingensia additamenta habet, ita ut omnium quos novi codicum uberrimis Scholiis veteribus poetam oneret, siquidem vetera ea appellare licet quae ante interpolationem Byzantiorum scripta sunt. — Tertii generis Scholia a quarto non multum differunt, sunt autem breviora. — Id potissimum futuro editori Scholiorum spectandum erit, ut, quae primi, quae secundi, quae tertii quartique generis sint, quae denique recentiora hoc genus librorum supplementa esse videantur, recte dispescat.

Ad Thomanos libros Excerpta e Scholl. Vett. pertinent, quae etiam hinc inde seorsim tanquam *Ἱστορίαι* exarabantur, ut in Vat. M. Sunt tamen et ipsius Thomae commenta non pauca, quorum aliqua pars adhuc manu scripta in bibliothecis latet. Specimina quaedam Caesareis ex Aug. B deprompta inserui. [1])

Moschopuleorum librorum perpetuus Olympiorum Commentarius vel potius paraphrasis est, quae postea a compilatoribus discerpta et *Συντάξεις* appellata est. At utrum ipse Moschopulus composuerit an ab *Eustathio* sumserit quaeritur. Nam (quod omnes adhuc fugisse miror) sunt quaedam vetustiora Moschopuleae recensionis exempla, ut Caes. B, quae Eustathii nomen huic commentario Olympiorum praefixum exhibeant. Legitur enim in Caes. B (num. CXCVIII.) fol. 39. *Πίνδαρος. Εὐσταθίου ὑπομνημάτιον εἰς Ὀλύμπια Πινδάρου.* Eadem tamen in codicibus generis octavi Moschopulo tribuuntur.

Triclinius plurima Thomana recepisse, alia consulto omisisse,

[1]) Fieri potest ut quae Thomana appellamus Tzetzae fuerint. Vide infra.

alia mutasse suisque auxisse videtur. [2]) Haec in Olympiis fere omnia nota sunt, in Pythiis ea tantum quae Schneiderus ex Vrat. E edidit ad Pyth. I—IV; dimidium circiter adhuc in bibliothecis latitat. Quorum specimina quaedam aliquando ex codice Abbatiae Florentinae, nunc Mediceo, exscripsimus, ea maxime curantes quae ad rem criticam spectarent. Plurima tum nobis ut ex Scholl. Vett. repetita vix digna esse videbantur quae transcriberentur. Attamen futurus editor ipse videat necesse est, neque inutiliora credo esse reperiet, quam quae eiusdem generis inter recentiora Olympiorum Scholia dudum vulgata sunt. — Ab hac Thomanorum recensione Tricliniana distinguendae sunt notulae criticae eiusdem Triclinii, quae et in ipso codice supra laudato ut in exteriore margine posita a reliquis separantur.

Compilati generis sunt quae vulgo feruntur Scholia Recentiora ad Olympia. Haec Thomano-Triclinianam interpretationem cum Moschopulea sive Eustathiana ita permixtam exhibent ut singula interpretamenta singulis poetae locis adscripta sint. Iidem libri notulas criticas a reliquis separatas ostendunt. Quo nomine mirum me habet compluria non ad Triclinii sed ad Moschopuli novationes referri, quas tamen Triclinio probaverit. Iam quum harum notularum in Moschopuleis libris ne minimum quidem vestigium compareat, contra omnes non in compilato genere solum, sed in ipsis Triclinianis inveniantur, Moschopuli eas esse non credo. — Compilatores signa quaedam praefixerunt, ut sua cuique auctori tribuerent. Eadem signa glossis addiderunt. Nam duplex in his glossa est, altera quae Moschopulea, altera quae Thomana refert. Ad haec exemplis illustranda hinc inde in hoc libello animum attendi. Videbis praeterea me recentiora suis auctoribus adsignasse. Quam rem ita tractavi, ut, quae in codice Thomano (Aug. B) inveneram Thomae, quae in Moschopuleis (Leid. B, Caes. B) Moschopulo (Eustathio) ascriberem, consentiente plerumque libro compilati generis (Mosc. B) et ubi exstat Tricliniano (Ab. Fl.), reliqua vero omnia Triclinio adiudicarem. Quo pacto quae ad Moschopuleam quae fertur paraphrasin pertinent, certissime a reliquis disiunguntur, et quidem ita ut haud raro crucem Moschopuleam in Mosc. B neglectam quin eam subinde male positam esse appareat. Quae vero Thomae sint, quae Triclinii, minus certum est. Omnia quidem ea quae in Aug. B leguntur, in Mosc. B cruce carent, si non omittuntur. Sed dubito num Aug. B Thomana integra contineat. Possunt igitur quae Mosc. B (sine cruce) habet, Aug. B omittit, Thomae esse, vel potius Thomana

[1]) Si Tzetzes excerpta fecerit, eae partes, quas Triclinio assignamus, Thomae dandae sunt.

a Triclinio recepta et redacta. Si alios Thomanos (ut Vat. A. Par. E) iterum inspicere et cum compilatis (ut Par. Q, Urb. B, Ambros. D) conferre liceret, fortasse rem ad liquidum perducere possem. — Exempla cum Thomanorum consulto a Triclinio non receptorum, tum Moschopuleorum contra quae diserte disputat Demetrius, nonnulla protuli. Est autem compilati generis recensio tam prorsus Triclíniana, ut vel ipsum Triclinium vel eius discipulum aliquem compilatorem egisse suspicer.

Erat quum Tzetzae quoque in excerpendis Scholiis Veteribus partes fuisse putarem, collato Scholl. Recc. ad Ol. XIII, 74 et Pyth. III, 178. (Schneider p. 19; eadem ipse ex Ab. Fl. enotavi). Bis enim in his, quae ex mea ratione Thomana sunt (nam priora in Aug. B leguntur), commentarius ad Lycophronem laudatur, eademque in Tzetzano opere notissimo inveniuntur. Sed quum fastum huius critici totamque indolem commentarii Lycophronei reputo, is mihi toto coelo a modestis illis Excerptis diversus esse videtur. Quodsi non Thomas Tzetzana recensuit quibus Demetrius nihil nisi notulas criticas addidit, ipse Thomas Magister (non Triclinius) in Lycophronem commentatus sit oportet.

Utut est, duae Recentiorum partes nunc aliquanto certius distinguuntur, summa autem huius disputationis haec erit:

A. Generis primi sunt Vaticana Scholia.

B. Generis secundi sunt Vratislaviensia cum quibusdam glossis Vaticanis.

C. Generis tertii sunt eadem Vaticana, cum Gottingensibus permixta, sed breviora.

D. Generis quarti sunt eadem Vaticana, cum Gottingensibus permixta, sed paullo explicatiora. Eiusdem est generis Caes. A cum Scholiis Germani.

E. Generis quinti sunt Thomae (Tzetzae?) Scholia, maximam partem e Vett. deprompta.

F. Generis sexti est Paraphrasis Moschopulea sive Eustathiana.

G. Generis septimi sunt 1) Thomae (Tzetzae?) Excerpta etc. a Triclinio (Thoma?) mutata et redacta. 2) Annotationes brevissimae criticae Triclinii, interpolationem spectantes.

H. Generis octavi est sexti septimique generis commentariorum διασκεύασις.

I. et K. Scholiis carent.

L. Romana editio in Olympiis Vaticana cum additamentis quarti generis mixta, post haec διασκεύασιν Recentiorum (H), denique

in Pythicis, Nemeis, Isthmiis rursus sola Vaticana typis exprimenda curavit.

Sex igitur vel septem diversa Scholiorum genera ad nos pervenerunt.

Unum addam, in quo recentiores Pindari editores falluntur. Disputant enim de *lemmate* Scholiorum i. e. ea textus particula quam interpres sibi explicandam sumit suisque verbis praefigit, quasi hoc lemma inter principales fontes numerandum et ut ita dicam sui iuris sit. At librarii quum codices transcriberent verba illa Scholiis talia praefigere solebant qualia in ipso textu scripserant. Non seorsim enim Scholia, seorsim textum, sed altera cum alteris exarabant. Curabant igitur ut ne discreparent. Ita factum est ut libri quo sunt meliores et vetustiores eo magis easdem poetae scripturas in lemmatibus haberent quas in ipso textu praestarent. Ut si Caes. A Ol. VII, 17=32 cum Par. D δὲ in textu habent, idem iidem in lemmate ponunt; contra Vat. B, Par. A, al. τε et in textu et in lemmate Scholiastae exhibent. Pyth. I, 121 vulg. ἐθέλοντι et ib. 152 vulg. εὔανδρον in textu et in lemmate Perusini; contra θέλοντι et εὔνδρον et in textu et in lemmate reliquorum. Isthm. IV, 47 vulg. librarius Vat. B παναγυρίων ξυνῶν in textu scripserat idemque Scholio praefixit; contra librarius Med. B qui πανηγυρίων ξυνᾶν in textu habebat, idem in lemmate posuit. Hoc sexcenties observavi, et perraro fit ut meliores libri inter textum et lemma ullam discrepantiam admittant. Quin ad ipsa Scholia interdum haec concordia pertinet. Cuius duo tantum exempla insignia afferam. Pyth. IV, 319 vulg., Gott., Caes. A aliique non solum in textu ταχέες sed etiam in paraphrasi ταχύτατοι, contra alii (ut Rom.) in textu ταχέως, in paraphrasi ταχύτατα habent. Pyth. IX, 119 vulg., Gott., Caes. A aliique non solum in textu et in lemmate ὠκεῖαι πράξεις scribunt, sed etiam in paraphrasi pluralem ponunt ταχεῖαι καὶ αἱ πράξεις καὶ αἱ κατορθώσεις γίνονται; contra alii (ut Vat. B, Par. A) et in textu lemmataque et in ipso Scholio singulari numero utuntur. Tamen hoc rarius est ex iisque quae in mediis Scholiis leguntur et multa effecta sunt et plura etiam effici possunt. Sed penes lemma Scholiastae nihil auctoritatis est [1]); id prout librariis placebat modo longius modo brevius, modo additum modo omissum, varium est et mutabile semper. Fefellit autem Vos Calliergis incuria et inconstantia. Nam in Olympiis maxime quum editor Romanus textui interpolato vetera Scholia ex Vat. B subiiceret, lemmata per-

[1]) Excepto Vrat. A qui textum Triclinianum, Scholia vetustissima habet. Ita recte νιν ex lemmate Vrat. A urgeri potest Ol. II, 102 vulg.

saepe non movit, itaque factum est ut Ursiniani codicis scripturae in solo lemmate Romanae apparerent. Multa tamen et ipse perperam mutavit, pro quibus hinc inde genuina ab editoribus recentioribus aut professis (ut Ol. XIII, 116 τελεῖ pro πληροῖ et ib. 130 διασωπάσομαί οἱ μόρον ἐγώ pro διασιγάσομαι αὐτῷ μόρον) aut tacite reposita sunt, ut ib. 38 ἀφθόνητος pro ἀφθόνατος. Alia tamen adhuc Vos fallunt. Ita Ol. VI, 42 τ' Ἐλευθώ, Ol. VIII, 71=54 Μειλησίᾳ, Ol. XIV, 29 ἴθι, Pyth. VI, 39 *sq.* ἐδόκησεν τῶν (omisso τε) aliaque non pauca non *Scholiastae*, sed *Calliergis* lemmata sunt, quae omni fide atque auctoritate carent.

Si omnia codicum genera lustramus primumque et tertium Böckhio fere ignotum fuisse consideramus, mirum quantum hunc virum excellentissimum perfecisse fatendum est, supellectile admodum imperfecta. Nam quamquam Vratislaviensi codice detegendo et excutiendo novum atque optimum fontem aperuit, qui quaecunque ex vetustioribus libris nunc addere possumus longe praeponderat, tamen nescio an infelici casu acciderit ei ut libris MSS. tantum non deterioribus praestantiorumve negligenti collatione uteretur. E Romanorum librorum copia (viginti quinque mihi innotuerunt) unum sat mediocrem (Vat. A) Thomanum collatum habuit; optimi quique (Vat. B, C, D, G, P, Urb. A) eum latuerunt. E Parisinis libris Par. A et B paullo melius conferendos curavit, sed his longe praestat Par. G et scriptura ipsa et vetustate. Deinde quae generis quarti fuerint lectiones multo certius et integrius ex Med. B aliisque cognoscuntur quam ex Par. A. Alter (Par. B) satis est memorabilis, sed quum apographum Florentini codicis sit, Scholiis notulisque criticis omissis, huic archetypo cedat necesse est. Mihi omnium Parisinorum librorum usum Hasii Claudiique eruditissimorum hominum urbanitas concessit. E Leidensibus primum, qui nullius, alterum qui magni momenti est, satis accurate Moserus Böckhio contulit: tertium, qui lectu quidem difficillimus et vitiis maxime foedatus sed multo prioribus memorabilior est, reliquit. Cunctos mihi Geelius et Pluygersius, viri in paucis docti et humani, domum miserunt. De Palatinis Er. Schmidium, de Bodlejanis Oxonienses Editores sequi satis habuit, quamquam plurima ab his collatoribus praetermissa sunt, ut de Pal. C ex accurato Kayseri libello constat. Augustanorum optimus tertius tanquam amissus Böckhio renunciabatur ita ut in God. Hermanni collatione acquiescere oporteret. Is mihi cum reliquis summa liberalitate a Bavaris transmissus nihil me docuit nisi quod iam sciebam, esse eum ex Vat. B transcriptum. Attamen harum Vaticanarum, quas Aug. C repetit, lectio-

num nonnullae vel Hermannum fugerunt. Vindobonenses codices (qui mihi eadem insigni benevolentia huc transmissi sunt) Böckhius Fr. A. Wolfii iudicio nimium tribuens non curavit. Reliquos Italiae libros ut Estenses, Ambrosianos, Florentinos, Venetos, Neapolitanos (qui mihi perexigui pretii esse videbantur), Perusinos aliosque Böckhius non novit, nisi quod imperfecta et incuriosa quorundam Marcianorum et Mediceorum collatione usus est. Haec non eo composui, ut laudi summi illius viri aliquid detraham, sed ut appareat, quantum ex accurato vel paucorum nec optimorum codicum usu effici liceat, si adsit doctrina et sapientia. Omnia enim quae Böckhius *ipse* viderit atque *ipse* tractaverit rectissime cognita ac tractata esse sponte intelligitur.

De dialecto autem poetae cum multa quae Böckhius et Hermannus posuerunt ex optimis libris tueri possim, nonnulla iisdem refelluntur. Confirmatur quidem participium Aor. I in $\overline{\alpha\iota\varsigma}$, sed ita ut praecedente liquida $\overline{\alpha\varsigma}$ in omnibus libris inveniatur. Porro non ex euphonica ratione pendet utrum *μιν* an *νιν* scribatur, sed per totum Pindarum *νιν* scribendum erit, si vetustissimos codices auctores sequere. Eadem Apollonii Dyscoli mens fuisse videtur (apud Maitt. p. 457), *νιν* non Doriensium solum sed inprimis Pindari fuisse, ad quod G. Hermannus recte attenderat. — Ad hoc *ὄνυμα*, *ὀνυμάζω*, non *ὄνομα*, *ὀνομάζω* excepto Pyth. XII, 23 = 41 in optimis libris est. *Δέκεσθαι* ubique confirmatur, etiam Ol. XIII, 92 = 132 ex Vat. B. Deinde *ἡσυχία* ubique, non *ἀσυχία*; *σιδήρου*, *σιδηροχαρμᾶν*, *σιδηρίταν* (sed *βραχυσίδαρον*); *Ἀθήναια* et *Ἀθηναίᾳ* de dea (sed *Ἀθάνα*, *Ἀθαναῖοι*); *πανήγυρις* et *πανηγυρίων* in optimis libris leguntur. Fluctuant iidem de *μηχανή* et *μαχανή*; *ἀλήθεια* et *ἀλάθεια*; *θεόδμητος* rell. et *θεόδματος* rell.; *ἡμέρα* et *ἀμέρα* (*ἀμέρα*); *Εἰρήνα* et *Εἰράνα*; *ἕκηλος* et *ἔκαλος*; *θνήσκω*, *θνητός* et *θνάσκω*, *θνατός*; *μνήσειεν*, *μνημοσύνας* etc. et *μνάσειεν*, *μναμοσύνας* etc.; *Λημνιάδων*, *Λημνιᾶν* et *Λαμνιάδων*, *Λαμνιᾶν*; *κῆρυξ* et *κᾶρυξ* aliisque. Aeolica et Lydia carmina multo saepius *η* habuisse videntur in vetustioribus libris quam Doria, quae in iisdem etiam severioris Doridis formas ut *ἄρωα* (Vat. B, Pyth. III, 7), sed raro, ostendunt. Tum singula quaedam ut *τάμνειν* (Ol. XIII, 57 = 80), *θυθμαῖσιν* (Isthm. III, 83 = IV, 110), *μελιάδεα* (Pyth. IX, 37 = 64) auctoritate praestantissima evincuntur. Formae hyperdoricae ut *ἀναρίθματοι*, *δοναθεῖσα* etc. plerumque ex deterioribus libris, communes ut *ἀναρίθμητοι* etc. ex omnibus melioribus repeti possunt. Est etiam *ἐδινήθην* (Pyth. XI, 38 = 59) in Vat. B et *πονηθῇ* (Ol. VI, 11 = 17) in Par. G. Adversantur quinque loci, qui in omnibus libris *ᾱ* habent: *πεπονᾱμένον*, *ἀπονοστάσαντος*, *ὠκυ-*

δινάτοις, ὑμνᾶσαι, φῶνασε (et Ol. XIII, 65=95 et Nem. X, 76=142). Denique Aeolica carmina multo magis ad ψιλότητα inclinare videntur. Saepissime ἐός, ἄρματα, οὕνεκεν (hoc semper), ἔδος, ἕδρα, ἵζοισαν, ἕδνον, ἑκὰς, ἑλὼν, ἵπποισι, ἀγεμονεῦσαι, ἴει, ἰέντα, ὅπα, multaque hoc genus alia in optimis libris inveniuntur. Quorum quaedam praegresso τ' pro θ' paullo certiora, ut ἕν τ' ἄρματα (Pyth. II, 11=21) in septem optimis qui exstant libris. Habes vero etiam ἕν τ' ἀμέραις in perbonis, sed non optimis libris (Pyth. IV, 130=232), idemque ἀμέρα hinc inde in Caes. A apparet, quod propter ἐπάμεροι et πεμπ[τ]αμέροις notatu dignum videtur. Neque solum ἄδειν, ἀδοντα optimi, sed etiam consensu omnes ἀνδάνειν (Pyth. I, 29=56). — Ex contrario ἅλσος in optimis quibusdam, ὁπαδός, ἀωςφόρος, ἵκελοι, οἶμος, ἕλπομαι, ut ὕμμι (ὔμμι), ἕρδω (ἔρδω) aliaque melius nota mittam. — Ποσειδᾶνος Ol. XIII, 5 in tribus optimis; idem vs. 40=57 in Par. G solo: sed perboni libri utroque loco Ποτιδᾶνος, unde Ποτειδᾶνος Tricl. (Thom.). Moschopulus ubique Ποσειδῶνος invehit. Sed de iis quae hi interpolatores probaverint, quae (Thomas maxime) peccaverint, disputare longum est.

Vat. B, ubicunque nunc ν̄ paragogicum scribitur, productae syllabae signum apponit. Idem facit in iis locis quae postea Triclinio (et in paucis iam Moschopulo, ut γε λάχε) causae fuerunt ut fulcrum γ' vel simile quid inculcarent. Enotavi octo locos eiusmodi e Vat. B:

Ol. VII, 8 — 9 φρενὸσ̄, ἵλάσκομαι,
— — 21—22 λόγοῡ̄ ἡρακλέοσ,
— — 59—60 λίποῡ̄ ἀγνὸν,
— IX, 3 ὄχθοῡ̄ ἀγεμονεῦσαι (ubi nihil interpolaverunt Bzt.),
— — 75—76 νόοῡ̄. ἐξ,
— XI (X) 60—61 ποταίνιοῡ̄ ἔλαχε,
— — 81—82 διὸσ ἐν,
— — 102—103 χρόνοῡ̄ ἰδέᾳ.

Haec ex antiquitate ipsa derivata esse videntur et iuvabunt eos qui ν̄ paragogicum a Pindaro non scriptum, sed syllabam tantum duplicandis literis insequentibus productam esse existimant. Haec enim quantitatis signa (quamquam accuratissima omnium recentiores libri ut Leid. B et praecipue Ab. Fl. praestant) sine dubio tam vetusta sunt, ut vel ad Alexandrinorum aetatem referantur. Sunt in Vat. B et Gott. frequentissima, in Par. G non item.

Iam finem literis imponam, vir optime, ne taedio afficiare. Dialectum poetae materiem amplissimam et impeditissimam hoc loco non pertractare sed summatim perstringere volebam. Quo nomine

novissimum Pindari editorem timerem ne non lenem obiurgatorem sed gravem vituperatorem haberem, nisi haec disputationis meae summa esset, libros quo sint vetustiores eo plus dialecti conservare; quo sint recentiores, eo magis (et quidem Thomanos omnium maxime) ad communes formas delabi. Ut isti homini condonemus nugas esse omnia quae ex accurata librorum MSS. cognitione derivari possint nihilque magis nocere in rebus philologicis quam nimiam alicuius rei scientiam: quomodo hoc quod tamen verum esse non negabit *sua* scientia explicabit, dico, quod soli vetustiores codices $\overline{\alpha\iota\varsigma}$ scribunt, recentiores vero omnes $\overline{\alpha\varsigma}$? Iam qui unum servarunt, etiam alterum, tertium, quartumque servavisse censendi sunt. Habes ex illis formis in $\overline{\alpha\iota\varsigma}$ quasi gradationem librorum, ita: in Olympiis in Vat. B *sedecim*, in Par. G *novem*, in Gott. *quatuor* (sed $\alpha\varsigma$), in Leid. C *tres*, in Med. B, Par. A, Pal. C *singulae*, in reliquis (centum) nullae formae in $\overline{\alpha\iota\varsigma}$ leguntur.

Dedi quae in promptu erant. Quae quod minime sunt absoluta non voluntati sed otio viribusque tribuas. Vale. Scripsi a. d. III. Non. Oct. MDCCCLX.

III.

HERMANNO SAUPPIO S.

Quid agas, optime amice et Prorector Magnifice, nescio — nihil enim rescribis — nisi quod his diebus ex collega quodam Tuo Te multis atque magnis muneris amplissimi negotiis distineri comperi. Iam igitur spem demittens me de quibusdam Scholiorum Caesareorum locis qui vel corrupti vel saltem difficiles vel utroque nomine impediti sint melius a Te edoctum iri, tradam Tibi priorem partem talem qualem aut inveni aut ipse emendare potui.

Codex Caesareus Vindobonensis (nobis Caes. A), numero nunc 130 olim cum J. Sambuci esset aut II. D. 49 aut 174 signatus, bombycinus est, forma quadrata, foliorum 232. Continet Cleomedem, Heliodorum, Pindarum, aphorismos Hippocratis, Aesopum. Est liber s. XIII sive XIV, excepto Aesopo, qui paullo vetustior est, credo s. XII. Pindari Olympia et Pythia integra cum Nem. I et II inveniuntur a fol. 89 ad fol. 181, neque unquam plura infuerunt, cum librarium in fine Nem. II negotio destitisse appareat. Pindarus et in textu et in Scholiis peraccurate scriptus optimeque conservatus est. Totus scriptionis habitus ad Par. A, qui s. XIII est, proxime accedit. Est igitur e vetustioribus Pindari libris, non e vetustissimis, qui

sunt Vat. B et Par. G, ut superioribus literis demonstratum est. Quod ad textum attinet, liber bonae notae est, ex quarti generis familia quarta, quam Palatino-Caesaream appellavimus, oriundus. Ad eandem Vat. C (121) pertinet, qui et ipse Nem. II extr. explicat, et aetate Caesareo aequalis est. Primo obtutu Caes. A vetustum Vaticani C apographum esse videtur, sed sunt quae contra faciant, ut utrumque ex tertio codice pendere probabilius sit. Ille autem Vaticanus Germani additamenta ad Scholl. Vett. non habet, sed ea tantum quae ex Gott., Vrat. D, al. cognita habemus.

Iam haec Germani additamenta quanta et qualia sint dicendum erit, tum quo sermone scripta, denique cui auctori tribuenda esse videantur.

Sunt ea in aliis carminibus permulta, in aliis perpauca, ut in primis Olympiis et primis Pythiis uberrima, in posterioribus Pythiis et in Nemeis non item. In his praeter ea, quae Vat. C, Med. B aliique adhuc inedita habent, nova non offert liber Caesareus; ea autem quae habet non videntur esse Germani sed vetustiora quae sive casu sive negligentia e vulgatis Didymeis (quae ex Vat. B hausta sunt) exciderunt. De his nunc non loquor, nam alius generis sunt, sed de iis quae loco sermone totaque indole e reliquis separantur.

Haec maiorem partem paraphrases sunt verbum verbo reddentes, singulis cuiusque vocis interpretamentis particula *καί* ad eam adglutinatis, lectoribus minus iucundae quam utiles, ut in poeta difficillimo. Minor pars in notulis synonymicis, etymologicis (ita ut saepius verba Etym. M. referantur), dialecticis, rhetorico-sophisticis consistit. Inter haec solitae nugae atque argutiae non desunt. Pauca tantum, ut notula illa de computatione primae Olympiadis, res historicas tangunt. Scriptores in his additamentis perraro laudantur, ut hinc inde Homerus, Euripides in Phoenissis, proverbia. Unum locum velim attendas quem haud scio quo pertinere censeam:

ψυχῆς γὰρ ἀγαλλομένης, θάλλει πρόσωπον,

quem versum Germanus ut a „sapiente quodam“ profectum laudat ad Ol. I, 139. — Tria epigrammata nôn invenusta et propter rem ipsam quam tangunt satis notabilia ex eodem codice transcripsi, sed novi eadem in pluribus vetustioribus Pindari exemplis inveniri; non credo igitur ea cum Germani Scholiis ullo pacto cohaerere. Attamen inter tot exilis atque aridae doctrinae minutias pulchriora aliqua invenisse et edidisse iuvat.

Graecitas Germani recentior est. Formae eiusmodi sunt *ἁπλός*, *διπλός*, *χαλκός*, *ἀργυρός*; *χαίρεσθαι* (= *χαίρειν*), *κελεύεσθαι* (= *κε-*

λεύειν); σπουδάξαι; Genitivus νοός; δεῖπνος, ζυγός; τὸν Πυθῶνα al.; vocabula qualia sunt ἀσθενοποιέω, ὀντοποιέω, ὑψοποιός, ἀσυν[ν]οία, μοιράδιον (= fatum), ὑγρός (= dexter, peritus), φημίζω (= dicere, et = laudare), κατασκευάζω (= σημαίνω), καλάθιον (urceus), κέλευσις (exhortatio), παρακολούθημα, τὸ ἐπισυμβαῖνον, κατοικητήριον, ἐνδιαίτημα, διοικήτρια καὶ ἐξαγωγεύτρια, τὸν ἀντιπροσωποῦντα (eum qui obviam it), ἐπαναλύειν (reverti), ἀγράπτως (viva voce), φιλοσυντόμως (breviter, paucis), ἐπιγαμβρία (affinitas), τὰ ἐκπατρόθεν (ingenita), προκαθηγεῖσθαι, ἐναποβλέπω; constructiones semibarbarae ut ὑπεραπολογεῖσθαι cum Dativo; κατακολουθεῖν et μαρτυρεῖν cum Genitivo; ἐπινοστῆσαι τῇ πατρίδι; οἱ εἰς ὕστερον (recentiores); συλλογιστέον πᾶς ὁ ἀναγινώσκων; ἐκτός = ἐκ; ἐντός = ἐν, contra ἐν saepissime pro Dativo simplici instrumentali, modali cett., qui abusus in Vett. Scholl. (i. e. Didymeis) non invenitur. Latinismos aliquot deprehendere mihi visus sum, e quorum numero manifestissimus est ἐναυρυνόμενον = inauratum, lucrum facientem, ad Pyth. II, 98. (addit. ad p. 320, 30); minus certa sunt alia, ut ὡς = ἤ praecedente Comparativo (ad Ol. I, 165), quae passim vel vetustioribus Scholiis irrepserunt. In universum labentis Graecitatis cognitio non eo provecta esse videtur, ut cuius aetatis ea quae nunc edimus fuerint certo dici possit.

Tritis quibusdam formulis *Recentiora* Scholia cognoscuntur. Quarum duae insignes ἤγουν et ἡ δὲ σύνταξις (ἡ δ. σ. αὕτη, τὸ δὲ ἑξῆς τῆς συντάξεως) eaeque apud Germanum frequentissimae. Illi in *Veteribus* Scholiis ἤτοι, τουτέστιν, al.; huic ἡ δὲ διάνοια, ὁ νοῦς, τὸ δὲ σαφὲς οὕτως, τὸ δὲ ἑξῆς, λέγει δὲ τοιοῦτόν τι, al. respondent. Observasse mihi videor, ubicunque sive ἤγουν sive ἡ σύνταξις in Scholl. Vett. editionis Romanae inveniatur, id aut ipsi Calliergi, aut saltem non Vaticano B deberi. Ut in iis, quae ad Ol. XI (X), 1 de tribus animi partibus leguntur, quater est ἤγουν: sed eadem a Vat. B absunt. Eadem res est de Pyth. IV, 261. 328. 359. Haec Callierges aliunde (ex Vat. D) repetierit necesse est. Aliis in locis leguntur quidem eadem in Vat. B, sed sine formula ἤγουν, ut ad Pyth. IV, 64 et 135, ubi in Vat. B aut omittitur particula, aut τουτέστιν sive ἤτοι legitur. Item Pyth. V, 35 (p. 380, 3) formula recentior ἡ σύνταξις est in Gott. Caes. A, sed ὁ δὲ νοῦς οὕτως in Vat. B. Rom. — Contra locutio ἡ δὲ ἱστορία τοιαύτη hinc inde iam in Veteribus Didymeis invenitur, ut p. 115, 15. — Alia locutio, qua saepe de Pindaro Germanus uti videtur, est ὁ ποιητής, ὁ νῦν ποιητής. — Praeterea artis vocabulis qualia sunt αἴτιον et αἰτιατόν, πρωτότυπον, παράγωγον cett. haec Scholia abundant. Tum

in Vrat. A et Vat. B ττ Atticum saepius invenitur quam σσ, sed in Caes. A, Gott. σσ frequentius quam ττ, quamquam neutri sibi constant. — Si quo tempore istae formulae invectae essent certius sciremus, ad aetatem Germani coniecturam inde facere liceret.

Quae *Christianum* hominem sapiunt non multa sunt, ut *ὑπερευχαριστήρια* (dona) p. 59, 24; *τὰ κατὰ κόσμον τερπνὰ* (bona mundana) p. 251, 15; *ταπεινοφροσύνη* v. 245, 10. Alia ambigua sunt ut p. 284, 11 *ἡ δύναμις τῶν θεῶν ἀντὶ τοῦ ὁ θεός*, nam cum eadem sit glossa Vat. C, non videntur esse Germani; p. 332, 33 *ἐκοίμησαν αὐτὴν ἐν ξυλίνῳ οἰκήματι*, quod utrum Germanus *straverunt* an *sepeliverunt* esse voluerit haereo. Morum severitatem nonnulla ostendunt ut quae de *βακχεύμασι* loquitur ad 215, 32, de convivarum cantilenis ad 27, 7, alia. Aliquoties poetam quoque aut laudat aut vituperat. — Nonnulla tamen, quae inter haec additamenta leguntur, manifesto pagani scriptoris sunt, ut quae de puerorum amore ad p. 190, 25 adiiciuntur *ὅτι ἀνάκειται τῷ Ζηνὶ ἡ τῶν παίδων ἥβη*; alia dubia ut quae de Achille ad p. 189, 6. Sed cum inter ea quae Germani sunt etiam singula vetustiora inveniri consentaneum sit, nihil certi inde colligi potest.

Germani nomen bis his Scholiis praefixum legitur (ad Ol. I, 7 et I, 165), alio loco (ad Pyth. III, 10) *τὸ ἡμέτερον*. Quod ex usu recentiorum interpretum ut Thomae, Triclinii factum est, qui primis tantum Scholiis sua nomina adscriberent, in reliquis *ἡμέτερον* addito sua passim a prioribus distinguerent, plurima vero omnino non signarent. Quis ille Germanus fuerit, quo tempore vixerit, vide ut reperias; ego nihil affirmo. Complures enim Germani fuerunt, quorum nullus (quantum ex Fabricio intelligo) tanquam Pindaricorum carminum interpres inclaruit. Tamen pace Tua mentionem Patriarchae Constantinopolitani iniicere liceat, qui inter primos Graecae Ecclesiae melodos sive hymnographos fuit et anno 740 senex diem obiit. Erat ille vir summus inter acerrimos imaginum veterumque studiorum propugnatores, neque absonum est coniicere eum ad instar illius Istri Callimachei non solum ipsum poetam egisse sed etiam in veteribus poetis illustrandis elaborasse. Quod quamvis historiae literarum prodesse atque obscurissimis temporibus lucis aliquid offundere possit, cum Lyricos Sacros cum Profanis quodammodo connectat, tamen pro certo atque comperto asseverare hariolationis sit. Neque ad manus mihi sunt scripta illius Patriarchae, unde coniecturam tueri possim. Occurrit quidem locus aequalis Hymnographi Andreae Cretensis, qui in homilia apud Fabricium typis expressa (XI, 93) *κόρος γὰρ*, inquit,

πατὴρ ὕβρεως. Haec verba cum aut ad Pindarum (Ol. XIII, 10=13 ubi quidam ὕβριν κόρου iungebant) aut ad Theognidem (153 τίκτει τοι κόρος ὕβριν) Solonemve referenda sint, illius aetatis illiusque factionis ecclesiasticos a veterum poetarum lectione non alienos fuisse demonstrant. Excites quaeso Tuorum qui nostris literis operam dant commilitonum aliquem ut haec vestigia persequatur.

Nunc mihi qua ratione in his supplementis Scholiorum edendis versatus sim, superest dicere. Quaecunque non signantur, ex Caes. A deprompta sunt. Simplicibus uncis quadratis seclusa vulgata, uncis non inclusa nova, duplicibus mea sunt aut supplentis aut corrigentis. Quae ex Vaticanis aliisque libris addidi, diserte a Caesareis distincta. Multa tamen adhuc in schedis meis relinquenda erant, quae ut proferrem nova Scholiorum editione opus esset. Sed hic labor non unius noctis. Atqui si Scholia quoque retractare totamque Pindari causam perorare vellem, quis aquam daret? Nunc quum ad eam dicendam binas vel singulas vel etiam dimidias clepsydras quotidie aliis negotiis surripiam, a tanto opere ipse desistam oportet. Sed utut est, id saltem compertum habui, esse in antiquitatis scriptoribus optimum omnium humanorum malorum solatium. Studia igitur si non aliis grata tamen mihi in tali tempore iucunda fuerunt. Fac ut valeas. Nos valemus. Scripsi Oldenburgi prid. Id. Oct. MDCCCLX.

SCHOLIA CAESAREA.

ed. Böckh. pag.	lin.		vs. vulg.
		AD VITAM THOMAE M.	
4	5	*οἱ δὲ Σκοπελίνου.*] *σημεῖον, ὅτι ἐγένετο καὶ ἕτερος Πίνδαρος ἐκ Σκοπελίνου.* [*οἱ δὲ....*	
—	8	*μελοποιῷ.*] *εὖ*[[*ρε*]] *δὲ πρῶτος τῶν ἄλλων πολλά. ὃς καὶ πρῶτος τῶν διθυραμβοποιῶν ποιητῶν ἐστί.* [*παρ' ᾧ...*	
—	10	*θυγατέρας δύο·*] *ὅτε ἐστράτευσε κατὰ τῶν Ἀθηναίων· [Πολύμητιν,] ἄλλοι δὲ Εὔμητιν· [καὶ Πρωτομάχην...*[1])	
—	25	*περίοδος*] *λέγει τάδε. Ὀλυμπιονίκας. Πυθιονίκας. Ἰσθμιονίκας καὶ Νεμεονίκας. ἀπὸ δὲ τῶν ιζ' βιβλίων εἰσὶ καὶ τὰ λεγόμενα προσόδια. καὶ παρθένια. παιᾶνες. ὕμνοι. διθύραμβοι. σκολιά.*[2]) *καὶ*	
5	3 *sq.*	*ἄλλα.* [*ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἄλλων, καὶ τὰ ἐπιβάλλοντα*] *τοῖς τε*[[*τ*]]*ταρσιν,* [*ὕστερον ἐροῦμεν. νῦν δὲ....*	
		AD VITAM METRICAM.	
6	20	*Ἐρείτιμον* 7, 18 *μέθυ λαρὸν* (ms. Angel. *μέλι λαρὸν*) c. gl. *τὰ πρὸς τροφὴν ἐφόδια.*	
7	31	*ἐνιαυτῶν.* —] *Πένταθλος.* — *Ἅλμα ποδός. δίσκου τε βολή. καὶ ἄκοντος ἐρωή. Καὶ δρόμος, ἠδὲ πάλη. μία δ' ἔπλετο πᾶσι τελευτή.* — *Ἅλμα. πάλη. δίσκευμα. κοντός. δρόμος.* —[3])	

[1]) Eadem addit Par. A ita: ..... *θυγατέρας δύο· Πολύμητιν, ἄλλοι δὲ Εὔμητιν· ὅτε ἐστράτευσε κατὰ τῶν Ἀθηναίων· καὶ Πρωτομάχην.* Idem lin. 9. *ἤκμασαν* (ubi Caes. A cum vulg. *ἤκμαζεν*), haud male, si voluit dicere Pindarum mortuum esse postquam Persica floruerint: cf. Krueg. Gr. Gr. §. 53, 6, not. 1.

[2]) Cod. *παρθένοι. πᾶνα ὕμνον. διθυραμβικὰ σκολιά.* — Addo p. 7, 5 in ms. Angel. esse *Ἀγαθοκλέες ἔμμορας*, in Caes. A *Ἀγαθοκλέος ἔμμορας.*

[3]) Cf. Herm. Opusc. III. p. 27.

ed. pag.	Böckh. lin.		vs. vulg.
		AD VITAM NOVEM LYRICORUM.	
8	20	ἁρμονίης.]	
		Ἀπόλλωνος χρησμὸς Τιμαινέτῳ [1]) φιλοσόφῳ· οὗ καὶ βίος γέγραπται.	
		Μοίρας ἱλάσκου· θυσίαις λιτάνευε Σάραπιν·	
		Αὐτὸς γὰρ μοῦνος καὶ τὰν Μοῖραν μεθοδεύσει.	
		Σαράπιδος χρησμὸς Τιμαινέτῳ. [1])	
		Ἁγνὰς χεῖρας ἔχων καὶ νοῦν καὶ γλῶτταν ἀλαθῆ,	
		Ἴσθι μὴ λουτροῖς ἀλλὰ νόῳ καθαρός.	
		Ἀρκεῖ γάρ θ' ὁσίοις [2]) ῥανὶς ὕδατος, ἄνδρα δὲ φαῦλον	
		Οὐδ' ἂν ὁ πᾶς λούσῃ χεύμασιν ὠκεανός.	
		Σαράπιδος χρησμός.	
		Μηδ' ἀιάζεσθαι [3]) παιδὸς φύσιν ἄρσενος ἄνδρα	
		Εἰς αἰσχρὰν συνέλευσιν· ἐπεὶ φονοείκελόν ἐστιν. [4])	
		AD OLYMP. I.	
		Τὸ μέτρον τοῦτο ὑπάρχει τριάς. τριὰς δ' ἐστὶ ποίημα. ἐν ᾧ στροφή. ἀντίστροφος. ἐπωδός. [5])	Inscr.
21	18	Ὀλυμπιάδα.] Ὀλυμπιὰς δὲ ἐγένετο ἀπὸ τοῦ τετάρτου ἔτους τῆς βασιλείας τοῦ Ἀχαζ. [6]) [ἢ ὡς	
23	4—18	Thom. (ex rec. Tricl.), 18 — 22 Mosch. (Eust.), 23—33 Mosch. (Eust.), 33—35 Tricl.	
24	18/20	M. (E.), 30 *sq.* Th., 25, 1 *sq.* M. (E.), 8—17 Th., 17 — 19. 20 *sq.* 22 *sq.* tria M. (E.).	

[1]) Cod. utroque loco τιμενέτω.

[2]) Cod. γάρ τ' ὁσίοις. In vs. 2. ft. ἴστω scribas.

[3]) Cod. μὴ δὲ αἰάζεσθαι.

[4]) Cod. φόνος (scriptum φόν^{o}) ἴκελόν ἐστιν. Haec tria epigrammata quantum scio inedita sunt, nec de Timaeneto, cuius vel vita scripta esse refertur, quidquam aliunde notum esse videtur. Sequuntur quatuor alia epigrammata et in hoc cod. et in Par. A (qui eadem continet), dico Εἰς Πίνδαρον: Anth. Planud. 305; Εἰς Εἰρινναν (sic cod.): Anth. Pal. IX. 190; Εἰς Στησίχορον: ib. VII. 75; Στιχελεγεῖα εἰς τὸ λεγόμενον Δαμάλιον: ib. VII, 169; quorum primum et tertium sunt Antipatri Sidonii.

[5]) Cf. Schol. in Aristoph. Av. vs. 1731.

[6]) Germanus (si Germani haec sunt) fortasse numeros Α' et Δ' confudit. Cf. Syncell. p. 197 C = 371 ed. Bonn. Videant Chronologi.

ed. pag.	Böckh. lin.		vs. vulg.
24	17/19	Ἔλδεαι. ἀπὸ τοῦ ἐθέλω, [[ὃ,]] τραπέντος τοῦ θ̄ εἰς δ̄ κατὰ Μακεδόνας, γίνεται ἐδέλω· καὶ ὑπερθέσεως γενομένης, ἐέλδω· καὶ κατὰ συγκοπὴν, ἔλδω καὶ ἕλδομαι. οἷον θέλω, δέλω· καὶ ἀπὸ τοῦ ἐθέλω, ἐδέλω· καὶ καθ' ὑπέρθεσιν, ἐέλδω· καὶ κατὰ συγκοπὴν, ἔλδω καὶ ἕλδομαι. [1])	6
		Ἄλλως. τὸ γῆρυς ἡ φωνὴ λέγεται, ἡ ἔναρθρος ἦχησις τῆς φωνῆς, καὶ αὐτὴ ἡ ἔναρθρος φωνή. ὅπερ ἐστὶ [·] λόγος ὁ προφορικός. λόγος καὶ ὁ ἐνδιάθετος, ὃ ἐστιν ὁ διακριτικός· ὅθεν ἄρα κατὰ μετάληψιν, γαρύειν τὸ διακρίνειν.	5
		Διαφέρουσιν ἦτορ καὶ κῆρ· ἦτορ μὲν κατὰ τοὺς δόξαντας τὴν ψυχὴν διαρρέουσαν καὶ φθινομένην· ἀπὸ τοῦ ἄω, τὸ πνέω· οὕτω γὰρ ἐδόξαζον πνεῦμα ταύτην εἶναι· κῆρ δὲ, παρὰ τὸ καίω· κατὰ ἑτέρους γὰρ τὸ ζωτικὸν καὶ θερμὸν αἷμα, ψυχή.	6
		Γερμανοῦ σχόλιον. Ἥλιος σημαίνει τὰς β' ἐνεργείας τοῦ πυρός. ἐτυμολογεῖται δὲ παρὰ τὸ αὔω τὸ φωτίζω καὶ [[ἀπὸ]] τοῦ ἕλη ἡ θερμασία, καὶ κατὰ τοῦτο ψιλοῦται. ἐκκόπτων [2]) τὰς αἱρέσεις τῶν χαριεστάτων φυσικῶν τῶν λεγόντων· οὔκ ἐστι φωτεινὸς φύσει οὔτ' αὖ καυστικὸς, ἀλλ' ἐκ τῆς ἄγαν κινήσεως αὐτοῦ καὶ τοῦ παντὸς τὴν θέρμην ἔχει. ἔστι δὲ ἡ λέξις Ὁμήρου, παρ' οὗ καὶ ὁ νῦν ποιητὴς ἔλαβεν ὡς ἀπάνθισμα. [3])	7
		Ἑτέρα εἰκασία πρὸς πλείονα σύστασιν τῆς ἀποδείξεως τοῦ ἀγῶνος.	
24	34	Ὀλυμπίαν.] ἢ ἄστρον καλῶς εἶπεν ὀντοποιῶν, σεμνύνων τὸ πρᾶγμα· ὥσπερ καὶ Ὅμηρος τὸ πρόσωπον Αἴαντος πρόσωπά φησιν. [4])	9
25	28	οἷον εἰπεῖν περιβάλλεται, προβάλλεται. ἔνιοι δὲ ποικίλλεται, κοσμεῖται ὁ ὕμνος.	14

[1]) Iterata resecare nolui. De re cf. Etym. M. v. *ἐέλδωρ*. Sturz de dial. Maced. p. 31. not. — Cod. etiam in textu *ἔλδεαι φίλον ἦτορ*.

[2]) Deesse videntur nonnulla; fortasse talia *τοῦτο δὲ λέγει ὁ Πίνδαρος* (an *ὁ Γερμανὸς*?) *ἐκκόπτων .... λεγόντων, ὡς οὐκ...*

[3]) Cf. Etym. M. s. v. et (ubi similia leguntur) Schol. Il. *β*, 413.

[4]) Il. *η*, 212.

ed. Böckh. pag.	lin.		vs. vulg.
25	29	*Ὅθεν ὁ πολύφατος.* [*ὅθεν, ἀπὸ τῆς Ὀλυμπίας,*] *τελικοῦ αἰτίου. σοφῶν δὲ μητίεσσι, ποιητικοῦ αἰτίου.* [*πολύφατος δὲ*	14
—	34	*ἀνυμνεῖσθαι.*] *οἱονεὶ τοῦτο κατασκευάζει τὸ τοῦ ὑμνεῖσθαι τὸν Δία. οὐδείς ἐστιν ἕτερος αἴτιος ἢ ὁ Ἱέρων.* [*τὸ δὲ*	16
—	35 *sq.*	*τὸ δὲ ἱκομένους, ἀντὶ τοῦ*] *ἱκόμενοι καὶ* [*παραγενόμενοι λέγει. τῇ γὰρ αἰτιατικῇ ἀντὶ ὀρθῆς κέχρηται. ὅπερ οὐκ οἶμαι λόγον ἔχειν.*] *συντάσσεται δὲ καὶ μετὰ αἰτιατικῆς καὶ εὐθείας.* [1])	—
26	3—13	M. (E.), 13—16 Tr. (non M.), 17 — 24 Th., 29—35 tria M. (E.), [36 ft. Vet. vide infra.] 27, 18—23 Tr., 26—28 M. (E.).	
—	28	*θεραπεύει.*] *ἢ ἀντὶ τοῦ βασιλεύει τῆς εὐδαίμονος Σικελίας. ἡ γὰρ πολύμηλος εὐδαίμων ἀπὸ μέρους νοοῖτο.* [2])	18 *sq.*
—	36	*Σκᾶπτον.* [*κατὰ Δωριεῖς τὸ σκῆπτρον σκᾶπτον λέγεται, ἀποβολῇ τοῦ* ρ̄.] [3]) *ὅτι τὸ σκῆπτρον τῆς Θέμιδος τοῖς βασιλεῦσιν ἐδέδοτο.*	19
—	37	*Σικελία. φησὶ τὴν βασιλείαν. περιφραστικὸς δὲ ὁ λόγος.*	
27	7	*τῆς ᾠδῆς.*] *πολυμάλῳ δὲ, ἤγουν τῇ πολυθρεμμάτῳ·* (gl. eiusd. cod. *πολυθρέμμονι*) *ἢ ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῶν μήλων· ἐκεῖ γὰρ περισσῶς λέγεται φυῆναι. ἢ πολυκάρπῳ· καὶ Ὅμηρος· καὶ αὐτοῖς ἄνθεσι μήλων.* [4]) [*ἢ δρέπων ἀντὶ τοῦ* (p. 27, 3)	19

[1]) Vett. librorum nonnulli Accusativum, pauci iique optimi (ut Par. G) Nominativum, plurimi utrumque, Dativum (nam de Vat. P dubito) nulli praestant. Thomani Accusativum solum; *Moschopulei* et Tricliniani aut *Dativum* aut Nominativum habent aut denique utrumque. Quid Vat. B habuerit latet, nam perierunt folia prima. Quodsi codices auctores sequere, Dativum Moschopuleum (cf. 26, 8 sqq.) vix probabis. Recte Germanus constructionem verborum aut Accusativum aut Nominativum admittere dicit, sed nihil de Dativo.

[2]) Cf. pag. 27, 1 sq.

[3]) Haec vulgo inter Rec. leguntur.

[4]) Quam Germani interpretationem, ut sit *pomosa* Sicilia, ita tuentur codices, ut, cum aliis locis semper *μῆλα*, *πολυμήλου* (Pyth. IX, 11 = 6), *εὐμήλοιο* etc. habeant, hoc tamen loco (exceptis quibusdam Thomanis) omnes in forma *πολυμάλῳ* consentiant. Quod si malorum Medicorum quae nunc

ed. pag.	Böckh. lin.		vs. vulg.
		usque ad *καρπούμενος*. (27, 5)] — *Ἀγλαΐζεται. ἢ* ὅτι *αὐτὸς μερικός ἐστιν. ἢ* ὅτι *φιλακροάμων ἐστὶ τῶν ᾠδῶν.* — *Μουσικῆς. ἢ* ὡς ὅτι *πᾶν δένδρον φησὶν ἀναπνέον ἀναφύει τὰ ἄνθη· ἢ ἀλλοπαθές.* — *Ἐν ἀώτῳ οἷα παίζομεν· οὐ σπουδαίων ἀνδρῶν καὶ ἐγρηγορότων καὶ νηφόντων τὸ ᾄδειν, ἀλλὰ λίχνων, καὶ οὐδ' ἐν ἑτέρῳ καιρῷ ᾀδόντων, ἀλλ' ἢ ἐν τῷ τῆς τραπέζης. φίλαν δὲ, ἀντὶ τοῦ φιλοποιόν· ἐν ᾗ ἀθροίζονται πάντες οἱ φίλοι, οὐδεὶς δ' ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν. ἢ ἐν ᾗ γίνονται οἱ φίλοι.* — [*Ἄλλως*] *ἀγλαΐζεται· [ἀγλαΐζόμενος ἐν τῷ* (27, 8 *sqq.*).	22 23 23 *sq.* 24
28	5—7	(*ἐν χρήσει.*) M. (E.), 7 (*Δωρίαν οἱ μὲν*) — 18 Th. [33 *sq.* similia Th.?], 29, 8—19 M. (E.) [30 *sq.* similia Th.]	
29	21	*τὸ δὲ σύτο δέμας, ἀντὶ τοῦ ὅστις ὥρμησε τὸ δέμας πρὸς τὸν δρόμον.*	32
—	26	*τὸ δὲ σύτο δέμας, ὥρμα πρὸς τὸν δρόμον. ἢ* [*οὕτως. ὥρμησεν·*	
—	31	*ἔνιοι δὲ ἀναγινώσκουσι*] *Συρακουσίων ἱπποχαρμᾶν συμ*[*παροξύνοντες*	35
30	1	*Εὐάνορι*] *τῇ ἀνδρειοτάτῃ, τῇ εὖ διδούσῃ τοῖς ἀνδράσιν.*	37
—	6 *sq.*	Tr. 25—36 utrumque M. (E.), 36 (*Ἱστορία*) —31, 8 Tr. (ft. ex Th.?), 31, 14 *sq.* et 21—30 M. (E.), 30—33 Th. (ex rec. Tr.).	
—	15	*τινὲς δὲ τὴν*] *Θέμιν.* Vat. B et Caes. A. — Vulg. (Rom.) *Θέτιδα.* [1])	
		Ποσειδᾶν. τὴν ἐργασίαν αὐτὴν ὀνομάζει λέβητα, ἤγουν τὴν πρᾶξιν.	39
		Φαίδιμον ἐξήνεγκεν· ἕτεροι (?) *ὅθεν καὶ ἀκάθαρτος λέβης ἐκεῖνος. ἕτεροι δὲ ὅτι* (cod. *ὅτε*)	

gignit regio Panormitana tam studiosus fuit Pindarus quam olim fuimus peragrantes Siciliam — *εὐάλωτοι γὰρ ποιηταὶ λιχνεύμασιν* — non sine causa ita laudaret terram opimam. Iam a pomis ad flores, a floribus ad epulas lautas facilius transit, more poetarum similia connectens, quae quasi omnia ex una imagine pendent. — Cf. Hom. Il. *ι*, 542.

[1]) Fortasse in nullo libro Thetis, in omnibus *Themis* commemoratur, quod, quum apud nullum alium mythographum haec dea nominetur, ad fabulam Pelopis recte explicandam valde pertinet.

ed. pag.	Böckh. lin.		vs. vulg.
		ζῶντα αὐτὸν ἐξήνεγκεν. ὃν (ft. *ὡς*?) *καὶ καθαρὸν λέβητα αὐτὸν ὀνομάζει.*	
31	extr.	*φάτις*] *ἱστορίας* gl. Leid. C. *φήμη*] gl. Caes. A. [1])	
32	2	*τὸ δὲ ἢ θαῦμα τὰ πολλὰ γράφεται καὶ οὕτως· ἢ θαυματὰ πολλὰ· ἀντὶ τοῦ ὄντως θαυμαστὰ καὶ ἄξια θαύματος. ἢ θαῦμα ἀντὶ τοῦ ὄντως θαῦμα καὶ ἔκπληξις. ἔκπληξις δὲ καὶ φόβος, ἐξ ἀσυνήθους φαντασίας. ἢ ἐκπληκτικὰ τινὰ ὑπερβαίνοντα τὴν ἀλήθειαν καὶ πρὸς τὸ τερατωδέστερον νεύοντα. ἡ δὲ σύνταξις· φέρεται δὲ καὶ βροτῶν φήμη.*	43
—	7	*ἡ χάρις, ἡ ποιητικὴ δύναμις· τὸ αἰτιατὸν ἀντὶ τοῦ αἰτίου· τῇ ποιητικῇ γὰρ δυνάμει ἐνυπάρχει τὸ ἐνήδονα λέγειν· ἢ τὰ πράγματα δι' ὀνομάτων ἢ δι' ὁρισμῶν ἀποδεικνύονται· ἐνταῦθα δὲ ὁρισμῷ τὴν ποιητικὴν ἐδήλωσεν. ποιητικὴ γὰρ χάρις ἅπα[ντα] τεύχει τὰ μείλιχα θνατοῖς κατὰ Πίνδαρον. τὸ δὲ ἐξαπατῶντι ἀντὶ τοῦ ἐξαπατῶσι. δοτικὴν, ἀντὶ δοτικῆς· καὶ εὐθείαν, ἀντὶ τῆς εὐθείας. τὸ δὲ ἐπιφέροισα τιμὰν, τοῦτο ἀξίωμα τοῦ λόγου· ἐπιδεικνύουσα· τὴν ἑαυτῆς δόξαν· τουτέστιν ἰσχύν. ἑκάστου γὰρ δόξα, ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ.*	48
—	9—12	Tr., 28 — 34 et 35—33, 3 M. (E.), 33, 4 *sq.* Th., 5 — 12 Tr. 13 M. (E.), 28 *sq.* et 35—34, 2 M. (E.).	
—	15	*ἢ ἀμέραι* (id. text.) *ἤγουν ὁ μετὰ ταῦτα χρόνος καὶ ὁ ἐφεξῆς· καιρὸς δεικνύει τὸ πρᾶγμα, ἐλέγχει, ἀπογυμνοῖ ἐκεῖνο καὶ φανεροῖ ὁποῖόν ἐστιν.*	53
—	23	*τὸ δὲ μάρτυρες σοφώτατοι, ἀντὶ τοῦ γὰρ* (·) *τὸ συνεχῶς λεχθὲν λέγεται καὶ σοφόν.* [2])	54

[1]) *φάτιν*, quod Scholl. Vett. p. 31, 36 in optimis codd. (Vat. B. Leid. C al.) ut variam scripturam afferunt, non exstat in ullo libro MS. *φάτις* optimi quique (etiam Vat. B), *φρένας* recentiores omnes; Thomani fluctuant inter utrumque; *φρένα* (quod Rom. in vexit) in nullo libro. *φάτις* glossatores triplici modo explicaverunt, alii ut Accusativus pluralis, alii ut Nominativus singularis, alii ut Nom. plur. numeri sit. Quum Accusativum desiderarent, *φάτιν*, *φρένας*, *φρένα* coniiciebant. Quod voluit glossator Leid. C, id quodammodo confirmant Scholl. Vett. *τοὺς ἀκούοντας* (= sermones hominum) reddentes, correpta ultima. Cf. Ol. XI (X), 17 *πόλις*.

[2]) Aut *τὸ δὲ ἀντὶ τοῦ γαρ. τὸ γὰρ συνεχῶς* aut *ἀντὶ τοῦ, τὸ γὰρ συνεχῶς* scribendum est.

ed. pag.	Böckh. lin.		vs. vulg.
		δαῖς ἔρανος ὁ ἐκ πολλῶν συναθροισθεὶς δώρων. εἰλαπίνη ὁ ἐξ ἑνὸς γινόμενος δεῖπνος. γάμος δὲ, ὁ ἐκ νυμφίου καὶ νύμφης. [1]	62
33	16	μεταβιβάσαι, μεταγαγεῖν. [2]	66
—	30	Ζηνί. καὶ τὸ, τῶὖτ' ἐπὶ χρέος· ἐπὶ τοιοῦτο ἤγουν ἐπὶ τοιαύτην χρείαν οἷον [διὰ τὴν αὐτὴν χρείαν καὶ ἐπιθυμίαν]. τὸ γὰρ ῡ̄ ἀνεκφώνητον μετὰ τοῦ ω̄ μεγάλου.	71
34	11/13	ἀπο]νέμοντες [ἐν τῇ τραπέζῃ] τὰ δεύτατα μέρη ἔθηκαν καὶ ἔφαγον, δεύτατα ὄντα τῷ σώματι, τουτέστι μετὰ τὸ σῶμα, μέλη δεύτερα ἔθηκαν, χεῖρας πόδας καὶ κεφαλήν. ἢ δεύτατά τε καὶ ὑστέρως. ἢ τὰ ἔσχατα καὶ τὰ τελευταῖα μέρη τῶν κρεῶν· χεῖρας δηλονότι, πόδας, καὶ κεφαλήν. ἢ τὰ βεβρεγμένα καὶ τὰ βεβαμμένα τῷ αἵματι, ἀπὸ τοῦ δεύω τὸ βρέχω. [3]	80
—	14—	32 et 33—37 M. (E.), 35, 7—11 utrumque Tr., 14—22 (αὐτοῦ) M. (E.), 22—26 Tr. 35, 36—36, 1 (ἀμήχανον.) M. (E.).	
35	28	ἢ καταπέψαι ἀντὶ τοῦ παρακατασχεῖν, καταχωνεῦσαι. τῇ γὰρ πέψει δύο τινὰ παρέπεται, ἡ κρύψις καὶ ἡ κατάσχεσις. μέγαν δὲ ὄλβον, τὴν εὐδαιμονίαν καὶ τὴν τιμήν.	87

[1]) Cf. Interprett. ad Hom. Od. α, 226. Accedit arguta notula Thomana: ἐς μὴ πρὸς τὸ ἔρανον λάμβανε, ἀλλὰ πρὸς σίπυλον φίλαν, ἤτοι τοὺς ἐν αὐτῇ ὄντας θεούς. ἢ σίπυλον τὴν πόλιν ταντάλου. quasi non legisset τε̄. Idem cod. (Aug. B) σίπυλον] ὄρος τὸ λεγόμενον κουζινᾶ, ἔνθα ἡ νιόβη λελαύξεται (λελάξενται?).

[2]) Recte. Vulgo participia leguntur.

[3]) Uberiora vulgatis. Leid. C lin. 6 *sqq.* (ubi Caes. A cum vulg. facit) ἀντὶ τοῦ, εἰς ὕδωρ ἀκμαῖον, ἀκμαίως ζέον, θερμόν, κατὰ μέλη τεμόντες (id. Caes. A) βεβλήκασι κατὰ (?) τὸ τελευταῖον ἐν ταῖς τραπέζαις πυρικαύστους (ita) μερίδας ποιήσαντες βεβρώκασιν. — Libri omnes (cum Athenaeo) ἀμφιδεύτατα vel ἀμφὶ δεύτατα, idem scholia, varie id explicantes. Nam de Par. A haud recte relatum est. Habet is liber ἀμφιδεύματα quidem, sed ita, ut superimposito τ ipse errorem statim corrigeret. Caesar Strategus Laco qui Ven. F ex Par. A transcripsit, immemor (ut assolet) correctionis errorem iteravit. Nullus alius liber habet; Par. D Ven. D, qui ex eodem libro provenisse videntur, diligentius et hoc et alia vitia vitant. Recte igitur Bergkius vulgatam, praeeunte Schneidewino, reduxit.

ed pag.	Böckh. lin.		vs. vulg.
35	35	*τροφῆς.*] *ὥςπερ ὁ κόρῳ ἐσθίων δέεται ὑγιοῦς στομάχου, οὕτω καὶ ὁ κόρῳ τὴν εὐδαιμονίαν λαβὼν δέεται νοὸς ἀνδρείου.*	
36	1	(*Ἱστορία*) —17. Th. (ex rec. Tr. cuius sunt verba *καὶ μαρτυρεῖ κτλ.* 14—17), 29 *sq.* et 33—37 M. (E.).	
—	28	*δύναται*] *κατὰ* [*χεῖρα*	95
37	12 *sqq*	*Ταντάλῳ. κεῖσθαι παρὰ κεφαλᾶς μέγας ὠαισιμίδα*[1]) *λίθος.*	97
38	16	*Ἁμαρτάνει. ἀντὶ τοῦ ἁμαρτάνων, καὶ πράττων κακῶς. ὅταν γὰρ καὶ ἁμαρτάνῃ τις, κυριεύεται ἀπ' ἐκείνου τοῦ πάθους ἡ λογιστικὴ γνῶσις· καὶ ὡς ἄνους, ἄτοπα καὶ μωρὰ πράττων, ἁμαρτάνει.*	104
—	17/28	Th., 39, 3—8 M. (E.), 15—18 Tr., 28—29 (*χρώμενον.*) M. (E.), 39, 29 (*Ἱστορία*) —40, 4 Th.	
39	14	*ἢ εὐάνθεμον, τὴν ἀνθηρὰν, καὶ τὴν διάπλασιν τοῦ σώματος. ἢ πρὸς τὴν εὐθεσίαν. καὶ τὸ μελανθησόμενον* (*οὔπω γὰρ ἦν μέλαν*) *πρὸς τὴν συνθεσίαν τῶν μελῶν.*[2])	109
—	21	*ἐκκείμενον.*] *ἢ παρὰ τῶν μοιρῶν αὐτῶν. ἢ τὸν πᾶσι τοῖς θέλουσι προκείμενον.*	111
—	22	*ἑτοῖμον*] *τὸ ἕτοιμον τῆς τοῦ θεοῦ ἀκοῆς δεδήλωκεν.* (Om. Rom.; cf. 40, 16) Vat. B.	
40	5—7	Tr., 7 *sq.* et 11—14 M. (E.). — Accedit notula Tr. ex Mosqu. B. *τῷ γράφε διὰ τὸ μέτρον*, ad vs. 118. — 17 *sq.* Tr., 19—25 M. (E.), 41, 24 *sq.* Triclinii est, non Moschopuli.	
—	30	*κεχαρισμένος ἐστὶν*] *ὁ γάμος οὗτος ὁ* [*τῆς Ἱπποδαμείας*[3])	119
41	12	*τρισκαίδεκ' ἄνδρας* (Recte: cf. frgm. 112 (100)).	127
42	2	*ἢ οὕτως. ὁ μέγας κίνδυνος οὐκ ἀνάλκιδος δεῖται.*	129
—	3—8,	18 *sq.* 24 *sq.* 26. sunt M. (E.), 29 *sq.* (*πρὸς τὸ ἐπί.*) Th.,	

[1]) Cf. Bergk. (Poett. Lyrr. ed. 2. p. 726) cuius coniectura *ὦ Αἰσιμίδα* ita optime confirmatur. — Frgm. Alcmanis (ib. 651) codex ita scribit, ut sint duo versiculi, quorum prior terminetur voce *Φάκας*. Ibid. cod. *ἦσθ'*, non *ἦστ'*.

[2]) Verba aut mutila aut confusa.

[3]) Comprobant haec optimam Boeckhii coniecturam, ex qua *ὁ γάμος* adiecerat.

ed. pag.	Böckh. lin.		vs vulg.
		30 (*οὐδὲ — τελεσθῆναι.*) et 34 *sq.* M. (E.), 35—37 Tr., 43, 1—8 (*ἠγωνίζοντο.*) M. (E.), 8—10. et 25—28 Th., 28 *sq.* Tr. (non M.).	
42	9	*ἐν* [*δὲ τοῖς ἀνθρώποις*], *οἷς* [*ἐξ ἀνάγκης τὸ θανεῖν.* (Id. Vat. B.) [1])	131
—	28	*ἄκραντον δὲ γίνεται ἀπὸ τοῦ ᾱ στερητικοῦ μορίου καὶ τοῦ κραίνω τὸ τελειῶ. τὸ δὲ κραίνω, ἀπὸ τοῦ κάρα ἡ κεφαλή. διότι παντὸς πράγματος τὸ τέλος λέγεται κορυφή.*	137
—	33	*ἢ οὕτως. ἀγάλλων, αὔξων. εὐφυῶς πάνυ καὶ ἁρμονίως συντέθειται τοῦτο τῷ ποιητῇ. ὃν γὰρ τρόπον ὁ λυπούμενος μειοῦται καὶ καταβάλλεται, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ὁ χαιρόμενος αὔξει καὶ οἱονεὶ θάλλει. διὸ καὶ σοφός τις ἔλεγε· ψυχῆς γὰρ ἀγαλλομένης θάλλει πρόσωπον.* [2])	139
		Πτεροῖσιν. ὥςπερ ἡ θάλασσα τὴν ναῦν ἵππον κέκτηται (πτερὰ δὲ λέγω τὰ ταύτης ἄρμενα [3]) *ἢ τὰς κώπας), οὕτως καὶ ὁ ἵππος πτερὰ κέκτηται τὴν ταχύτητα τῶν ποδῶν. ἀρετὴ γὰρ ἵππου τὸ τρέχειν.*	141
43	15	*τὸ δὲ ἀρεταῖσι μεμαότας, ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμοῦντας τῆς ἀρετῆς καὶ ταύτης ἀντεχομένους· ἢ προθυμουμένους· ἢ ἐφαπτομένους καὶ χαιρομένους.* [4])	145
—	30	*μὴ μνῆμα ἀλλ' ἱερὸν εἶναι* Caes. A et Vat. B (id. Rom., om. *εἶναι*)	149
44	1—5	Th. 22—29 M. (E.), 45, 9 *sq.* Tr. (ex Th.), 25 *sq.* Th., 27—32 Tr., 32—37 M. (E.).	
—	17	*τὸ τηλόθεν χρονικῶς ἀκουστέον*] *καὶ οὐ τοπικῶς.* [*τὸ δὲ δέδορκεν,*] *ἐνέργειαν ἀντ' ἐνεργείας λάμβανε.* [*ἀντὶ τοῦ πίπτει.*] *ὀλυμπιάδων δὲ, ἤγουν τῶν ὀλυμπίων ἀγώνων. ἀπὸ γὰρ τῶν*	152

[1]) Non debebat igitur *ἐν* in *εἰ* commutari.

[2]) Fragmentum ignoti poetae, lyrici opinor.

[3]) Cod. *ἅρμενα.*

[4]) Ex parte iam nota ex Vrat. A. — *μεμαότας* Vett. (Par. A *μεμαῶτας* cum Ven. F apographo; *μεμαῶτας* Gott.?) *μεμαλῶτας* Ven. G; rell. interpolati *μεμαλότας*. Aug. B *μεμιότας*. Gl. *προθυμουμένους* in Aug. B, Pal. C al.

ed. pag.	Böckh. lin.		vs. vulg.
		ἀγωνισμάτων καὶ ἀπὸ τῆς νίκης πρῶτος ὁ Πέλοψ ἐνίκησεν Ὀλύμπια.	
44	30	πρῶτος γὰρ εὑρέθη δρόμος τὸ ἄσκημα.	154
—	31	σχῆμα. καὶ Πίνδαρος· ἐρίζεται ἀκμᾷ. — Ἀκμαί τ' ἰσχύος. ἀπὸ κοινοῦ	156
—	33	αἳ — χωροῦσι. (idem Vat. B.)	
—	34	αἱ ἀκμαὶ καὶ αἱ ἰσχύες· (Vat. B αἱ ἀκμαὶ. αἱ ἰσχύες.) [1]	
—	35	ἢ οὕτως. αἱ ἀκμαὶ, ἤγουν αἱ (?) γενναιότατα δὲ (?) ἀπὸ θράσους κινοῦνται, κινουμένου τοῦ θυμικοῦ, καὶ οὐκ ἀπὸ δειλίας. [2]	
45 46	extr. in.	ἢ] Θηβαΐδι. [οἱ γὰρ Αἰολεῖς ᾤκησαν τὰς Θήβας.] Ἄλλως [τινὲς φασὶν κτλ. [οἱ δὲ, ὅτι ἐν Αἰολίῳ ῥυθμῷ] καὶ μελωδήματι Θηβαϊκῷ, [3] [διὰ τῆς μουσικῆς χρῆται] ἐπὶ [τῶν ποιημάτων	164
—	14	Τοῦ Γερμανοῦ. Ἄλλως. πέποιθα δὲ μήτινα ποιητὴν τῶν νῦν ποιητῶν ὑπάρχειν ἀμφότερα ἴδριν τε τῶν καλῶν ἅμα καὶ [4] τὴν δύναμιν κυριώτερον ὡς (sic) ἐμέ. ἔξωθεν δὲ προσληπτέον τὸ λοιπὸν πρέπει· δαιδαλωσέμεν καὶ ὑμνεῖν τὸν ξένον καὶ φίλον, τὸν Ἱέρωνα δηλονότι.	165
—	15/28	Th., 47, 3—6 et 24—29 Th. (ex rec. Tr.), 30—35 M. (E.).	
—	34	οἱ μὲν (optime. id. Leid. C) φροντιστὴς (Leid. C φροντιστὴν) ..... οἱ δὲ	171
—	36	διοικητὴς] τοῦ ἐμοῦ λόγου καὶ τῆς ἡμετέρας γνώσεως, ἤγουν ὁ Ἑρμῆς, [5] [τεαῖσι	
47	1	ὁ θεὸς], ἤγουν ἡ εὐδαιμονία καὶ ἡ τύχη, [ἐπί-	

[1]) Fuisse videntur qui legerent ἀκμᾷ τ' ἰσχύες.

[2]) Cod. οὐκ ἐκ ἀπὸ. Reliqua non moveo.

[3]) Idem gl. ἐν Αἰολίῳ ῥυθμῷ μελωδήματι Θηβαϊκῷ.

[4]) Paulo superius p. 46, 12 Leid. C. ἐμπειρίαν τε καὶ ἄλλην δύναμιν, ubi Vrat. D. Caes. A. al. ἄλλων. Quamquam Vett. et Thomani in ἅμα καὶ consentiunt, et syllaba correpta eod. loco in optimis quibusdam legitur στρ. α' (φαενὸν) et στρ. δ' (πολυξενοτάτῳ), tamen Byzantii verum vidisse videntur (Mosch. ἄλλον ἢ, Tricl. ἄλλον καὶ), et quodammodo a Scholl. Vett. adiuvantur (9 sq.) μηδένα ἄλλον ποιητήν. Contra Germanus facit; eius aetate ἅμα καὶ iam invectum erat.

[5]) De sententia Thomae M. cf. 47, 3.

ed. Böckh. pag.	lin.		vs. vulg.
		τροπός σου ὤν,] τοῦτο ἐργάζεται. τὸ γὰρ μήδεται νῦν τοῦτο σημαίνει. Τεαῖσι μερίμναις. [ἔμπειρόν τε κτλ. usque ad δραστήριον.	
47	17	οἱονεὶ] σοῦ [τεθριίππῳ νικήσαντος. Recte.	174
—	36	ἰσχυρότατα] βέλη [τρέφει	179
48	3—9	M. (E.), 26 *sq.* Tr., 32—36 Th.	
—	10	Ἱέρωνα.] Ἄλλως. ἐγὼ μὲν τιμῶμαι ἐν τῷδε τῷ τόπῳ καὶ [[τῇδε]] τῇ χώρᾳ· ἄλλοι ποιηταὶ καὶ ἐν ἄλλοις· ὁ δὲ βασιλεὺς ἐν παντὶ τόπῳ τιμᾶται. τὸ δὲ βέλος ἀλκᾷ τρέφει, ἀντὶ τοῦ τὴν ἀλκὴν τρέφει καὶ αὔξει. [1]	180
		Ἄλλοι δ' ἄλλοισι μεγάλοι. ἐν ἄλλοις δὲ τόποις καὶ χώραις ἄλλοι ποιηταὶ τυγχάνουσι μεγάλοι καὶ ἔνδοξοι. [τὸ] δὲ [τελευταῖον κτλ.	
—	20	γενόμενος ὧν ἔχεις]. πόρσιον, καὶ μεῖζον, καὶ ὑψηλότερον τῆς βασιλείας.	182
—	21	τοῦτον.] ἐπίλογος εὐχὴ δευτέρα. [ὁ νοῦς	184
—	24	ἐμὲ] τὲ [ἐπινικίους	
—	25	νικῶντας.] ἢ ἄλλως. εἴη σέ τε τοῦτον τὸν χρόνον· οὐχὶ τὸν ἐνεστῶτα δηλοῖ, ἀλλ' ὅλον τὸν χρόνον τῆς ζωῆς τοῦ Ἱέρωνος. Eadem praestat glossa.	
		AD OLYMP. II.	
58	7—17	Th. (ex Vett.), 27—30 et 31—59, 11 M. (E.), 59, 18—22 Th. (ex rec. Tr.), 59, 36—60, 2 M. (E.).	
—	13	Ἀναξιφόρμιγγες. τὸν ἀνάσσοντα τῆς φόρμιγγος, καὶ τὸν ἀνασσόμενον ὑπ' αὐτῆς. λέγει δὲ ὁ ποιητὴς πρὸς τοὺς ὕμνους καὶ πρὸς τὰ ποιήματα, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. — [Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι. οἱ τῆς	1
59	15	Ἤτοι Πίσα μὲν. τὴν μόνην πρότασιν τίθησιν ὁ ποιητὴς [,] τὴν κατασκευὴν ἐᾷ [,] πρὸς τὸ ξενίζον ἐναποβλέπων καὶ τὴν κοινὴν ὁ [2] ποιητὴς	4

[1] In Leid. C. Schol. ita explicat: *βέλος ἀλκᾷ τρέφει εἴρηκεν ἀντὶ τοῦ ἀλκὴν αὔξειν:* In textu *ἀλκὰν* est in Leid. C. Med. B. Vat. B. (ut in Ven. G); omnes reliqui *ἀλκᾷ*. [2] Ft. *ὡς*.

ed. Böckh. pag.	lin.		vs. vulg.
		ἐκφεύγων γραφήν: ἡ μὲν Πίσα τοῦ Διὸς, οἷον ἐν ἀσυννοίᾳ γεγονὼς πρὸς ἑαυτὸν λέγει· [δι' ἣν] αἰτίαν [ὑμνεῖν τὸν θεὸν δεῖ·] παρέστησε δὲ μόνας τὰς αἰτίας ἁπλᾶς· ὅθεν συλλογιστέον πᾶς ὁ ἀναγινώσκων (sic)· ὁ γὰρ ποιητὴς ἐκφεύγει τὴν συνήθη γραφὴν, πρός τι τερατωδέστερον καὶ ξενίζον ἐναποβλέπων. [τὸν δὲ	
59	24	Ἀκρόθινα.] ὑπερευχαριστήρια καὶ ἀπάργματα· ἐνταυθοῖ δ' ἐναντ[ίως] διδάσκων [,] ὡς γινώσκω μὲν, ἐπαφῆκα δὲ διὰ τὸ ξενίζον τὴν κατασκευὴν ἐκεῖ. [πρὸς	7
—	25	προσαγαγὼν τὸν ἀγῶνα] διέθηκε. τὸ δὲ γεγωνητέον, ἀντὶ τοῦ ἄξιον ὑμνῆσαι [,] μεγαλῦναι· εἰς τὸ γεγωνητέον καὶ ὑμνητέον στικτέον.[1] καὶ τὸ ὀπὶ, ἀντὶ τοῦ ὅπως καὶ καθά. ἢ τῇ ἐμμελεστάτῃ· ἄσματι.	10
60	13 *sq.*	Εὐωνύμων τε πατέρων· ἐνδόξων· ἐπεὶ ὁ Θήρων ἀπὸ Κάδμου τὸ γένος. ἢ οὕτω. πάνυ ὑπερβαλλόντως ἐπαίρει τὸ ἐγκώμιον. ἐνδόξων πατέρων· ὅτι κατ' ἐπίτασιν αὐτὸν ἄνθος λέγων· ἄωτον γάρ ἐστι τὸ ἄνθος καὶ ἀπάνθισμα ἐξαίρετον.	13
—	22	M. (E.), 22 (Ἱστορία) —32 Th., 61, 4—11 M. (E.).	
—	34	ὁ λόγος] καθολικὸς, [ἐπεὶ (vulgo καθαρός, male)	15
63	2	τὰ ἴδια] πονήματα [καὶ	21
		μόρσιμος] εὐτυχής. gl. Par. A.	19
—	11/21	M. (E.).	
—	33/34	παράσχῃ.] τὸ δὲ κόσμησον (id. text.), ἀντὶ τοῦ καὶ κοσμεῖσθαι ποίησον· ἤτοι ἄρξασθαι ἀπὸ τοῦ νῦν ἐν ἀταραξίᾳ. [Εὔχεται[2])	28

[1]) Vocula στικτέον postea ab ipso librario rubro adiecta est. Distinctio haec est in Aug. B, sed cum gl. ἐν λόγοις sup. ὀπί. Reliquorum alii (ut et ipse Caes. A) plene post ὀπί (vel ὅπι, hoc Vat. BD (a. pr. m.) Gott. (a pr. m.)), alii omnino non distinguunt. — Gl. Gott. ὅπως, καθὼς facit cum Germano. Erat quum ὅπιν (distinctionis signo ex ν̄ orto) vel ὀπίδα (ex ductu quodam Leid. C) δικαίαν ξένων coniicerem.

[2]) Prava lectio κόσμησον est etiam in lm. Leid. C et (ante corr.) ibidem in textu. Gl. Vat. B αὔξησον, Aug. B φέρε, Caes. A κοσμεῖσθαι ποίησον. Melius Pal. C κόμησον cum gl. ἐπιμελείας ἀξίωσον.

ed. Böckh. pag.	lin.		vs. vulg.
64	32	*μὴ*] *μέντοι γε* [*εἰς βλάβην,*] *μὴ δὲ* (Vat. B. *μή γε μιν εἰς*).	29
65	10/15	et 15 (*Ἱστορία*) —28 Tr. (ft. ex Th.?).	
—	32	*ἀπτόητον καὶ ἀγέννητον* (quasi *ἀπτοίητον* legisset, sed est mera corruptio.)	
		ἀναβᾶσ'] gl. *ἄνω ὑψωθεῖσα ἐκεῖνον τὸν ἄνθρωπον τὸν εἰς ὕψος πολὺ* (?). *καὶ πρὸς τὸ .... τέλους ἐπιβησόμενον οἰκείως τὸ π.'....* [1])	38
66	14 *sq.*	et 29 — 67, 3 M. (E.), 3 *sq.* Tr., 17 — 22 Tr. (ex Th.?), 67, 36—68, 3 Tr.	
—	19	*ἐκφέρει·*] *μᾶλλον δὲ, λαμβάνει.* [*ὅτι τ. πρ. καὶ ἐν* [*εὐδ.* [2])	39
—	20	*ἁρμόζει*, non *ἁρμόσει*, recte, nam redditur *ἔπεται.*	
—	26	*φέρει*] *ἄνωθεν γὰρ Θηβαῖος ὁ Θήρων.* (Id. Vat. B. Rom.)	
67	7	*τιμῆς.*] *Πίνδος δὲ πιτνεῖ. κρύπτεται, ἀφανίζεται, καταφέρεται, καταβάλλεται.*	42
—	11	*ὁπόταν θεὸς .... κραδίαν .....* Pindari frgm. 247 (210). [3])	
—	32	Verba *ὅθεν καὶ ἡμεῖς οὐ γεγράφαμεν ἐν τῷ*	48/49

[1]) Postrema lectu difficillima. *ἀναβᾶσ'*] Leid. C (c. gl. *προκόψασα, ἀναβιβάσασα τὸν ἄνθρωπον*) et Pal. C. (cum gl. *ὑψωθεῖσα*). Hi tres libri (cum Vat. C credo paucisque ft. aliis) certam quandam familiam codicum Pindaricorum, quarti generis, componunt. — In glossa illa ft. *διατέλους* et in fine *πέμπειν* scribendum est. — Perus. cod. *ἀνακᾶσ'*. — Aug. B. (post corr.) *ἀνεβάσ'*. — Rell. *ἀνεκάς*. Gl. optimorum hae sunt: *πόρρω ἤγ*[*ουν*] *ἄνω ἐξ ὕψους* Vat. B (a vet. m.), et *εἰς ὕψος, μακρὰν γὰρ τὸ ὕψος* Par. G (a vet. m.). — Nota in multis codd. S. XIII. $\bar{\kappa}$ et $\bar{\beta}$ ita similia esse ut saepe vix discernas.

[2]) Id. Vat. B. Rom. sqq. (sed *εἰςφέρει*). Schol. hoc dicit: Exemplum aptum ex prioribus affert, vel potius aliunde adsciscens sumit.

[3]) Sanantur ita credo pulcherrima verba, hoc metro:

..... *ὁπόταν θεὸς ἀνδρὶ*
χάρμα πέμψῃ, πρὸς μέλαιναν καρδίαν
ἐστυφέλιξεν .....

i. e. Quoties deus gaudium tanquam fulmen mortalibus immittit, quasi fulgore laetitiae tristis (vel profundi, ut *φρένες μέλαιναι*) animi noctem obscuram percutit. *Στυφελίζειν πρὸς καρδίαν* est „auftreffen auf". Duo insunt in imagine fulguris, lux et celeritas, utrumque donis deorum proprium. *Στυφελίζειν* et *πέμπειν* non sunt diversae sed eiusdem notionis.

ed. Böckh. pag.	lin.		vs. vulg.
		κειμένῳ nullus meorum librorum habet. Addidit enim Callierges, textum Triclinianum secutus. — Vat. B *ὀβελίσκος*, rell. *ὀβελός*.	
68	5	*Σεμέλην*] *λέγει. ὅθεν καὶ Εὐριπίδης· κισσὸς ὢν περιστεφὴς ἑλικτὸς βρέφος εὐθὺς χλοηφόροις ἔρνεσι κατάσκιον ὀλβίσας ἐνώτισε.* [1])	50
—	24	*ἀνατέλλων*] *καὶ φωτίζων τὸ περιέχον, ἤτοι τὸν ἀέρα* [2]) [*ἀὴρ γὰρ*	56
—	25	*ἡμέραν*]· *ὡς δ' αὖ γεννᾷ τὴν νύκτα ἡ σκιὰ τῆς γῆς, μελαίνουσα τὸν ἀέρα, ὄντος ὑπὸ γῆν τοῦ ἡλίου.*	
—	26—	28 Tr., 28—32 (*δηλονότι*) M. (E.), 32—34 Tr., 14 *sq.* M. (E.), 69, 36—70, 6 Tr. (non videntur esse Moschopuli).	
—	34 *sq.*	*ἡμέραν*] *ἡσύχιμον· ἡμέραν δὲ ἡσύχιμον, τὴν τοῦ θανάτου, ἐπεὶ ἐν ταύτῃ θανόντες ἡσυχάζομεν.*	58
69	12	*ἄλλοτε εἰς ἄλλους* (non *ἄλλαι εἰς*) Vat. B. Caes. A.	62
	13	*παρέχουσαι.*] *τοῦτο κατασκευάζει, ὥστε καθὸ ἄνθρωποι πάντες ἄλλοτε ἄλλαις ἡμέραις περιπίπτομεν τοῖς δεινοῖς.*	
		Οὕτω δὲ μοῖρα. τῶνδε καὶ τούτων ἥτε πατρῴου καὶ πατρικὴ ὑπάρχουσα ἔχει παρὰ τὸν εὔφρονα καὶ εὐτυχῆ πότμον καὶ εὐδαιμονίαν παραγενομένη σὺν ὅλβῳ καὶ τύχῃ θεόρτῳ ἐπάγει καί τι πῆμα παλιντράπελον ἐν ἄλλῳ καὶ ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ. [3]) — *Ἄλλως.* [*οὕτω δὲ*	65
—	25	*μὴ σπεῖρε, τέκνον, ἅλοκα* (Vat. B *παίδων ἅλοκα*)	—
		θεόρτῳ δὲ τῷ θεορμήτῳ. ὃν ὁρίνει καὶ διεγείρει ἢ δίδωσιν ὁ θεός. ἢ ἀσφαλεῖ, θεοδωρήτῳ. (cf. 70. 16 *sq.* 18 *sq.*)	67
70	6—11	M. (E.), 71, 3—11 M. (E.), 15 *sq.* Tr., 37—72, 2 Tr.	

[1]) Eurip. Phoen. 652 *sqq.* ubi libri *ἑλικτὸς* (G. Herm. *ξλικος*) *εὐθὺς ἔτι βρέφος χλοηφόροισιν ἔρνεσιν κατασκίοισιν.*

[2]) Similia Thom. M. *ἀνατέλλων γὰρ καὶ τὸν ἀέρα φωτίζων ἡμέραν ποιεῖ.* (Aug. B.)

[3]) Haec prima est paraphrasis verbum verbo reddens, cuiusmodi sunt plurima in *sqq.* Ieiuna, tamen hinc inde utilia, ut quid *hic* Scholiasta voluerit perspicue indicantia.

ed. pag.	Böckh. lin.		vs. vulg.
71	34	*Θάλος ἀρωγὸν δόμοις.*] *σεμνότης. ἄνθισμα. καλλώπισμα. ἡδονή.* [*βλάστημα*	81
72	18/23	Tr., (ex Th.?) 24—73, 2 M. (E.), 73, 2 (*τοῦτο λέγει*) —6 Tr.	
73	10	*παρεσχήκασι τὴν ἰσχυν κοινὴν καὶ τὴν δόξαν.* (Vat. B *δόσιν*).	87
—	22	*στέμμα!*] *ἢ οὕτω. διὰ τὸ τοὺς β΄ στεφάνους μετασχεῖν ὁμόσε, καὶ τῷ αὐτῷ οἴκῳ ἱπποτροφοῦντας. ἢ τοῦ αὐτοῦ κλήρου καὶ φύσεως μετέχειν.* [*ἢ οὕτως. αἱ δὲ*	89
—	25	*ὁμοίως*] *ἐνίκησαν διὰ τὸ* (id. Leid. C) *καὶ τοὺς δύο στεφάνων μετασχεῖν.* (id. Leid. C.)	
—	29 *sq.*	*Θρασύβουλος, προεφώνησε τὸν τοῦ Θήρωνος υἱὸν, οὕτως* (Leid. C *οὕτον* (sic)) *τοῦ Ξενοκράτους* (mutila).	
74	3 *sqq.*	*τὸ δὲ τυχεῖν πειρωμένον, ἀντὶ τοῦ· οὕτως ἐπιτυχὼν, οὐκέτι ἐν ἀγωνίᾳ ἐστὶ· παρόσον ἄφρονας μὲν λέγουσι τοὺς ἀγωνιζομένους, τοὺς δὲ νικήσαντας οὐκέτι. ἢ οὕτω. τὸ πειρώμενον τοῦ ἀγωνίσματος τυχεῖν, λέγειν* (vel *λήγειν*) *τῆς ἀφροσύνης· ὥσπερ τὸ μὴ νικᾶν ἄφρονα ποιεῖ.* [1])	93
—	14/20	Tr., 20—27 Th. (e rec. Tr.), 75, 28 *sq.* Triclinii.	
75	30 *sqq.*	*Εἰ δέ μιν*] (*ἔχων* add. Vat. B, *ἔχει* Rom. ex sententia Moschopuli et Triclinii). *ὧδε μέμνηται τὰς τρεῖς μετεμψυχώσεις.* [*εἰ δέ τις τοῦτον ἔχων τὸν πλοῦτον,*] *οἶδε τὸ μέλλον ὅτι αἱ ἀπάλαμνοι φρένες αὐτίκα ἐνθάδε ὑπὸ τῶν θανόντων ποιναὶς ἔτισαν, οὐκ ἂν ἑαυτῷ εἰς ἀδικίαν ἐχρήσατο.* [2])	102

[1]) Haec (emendatiora vulgatis) comprobantur in plurimis fide Leid. C, sed is habet *τυχεῖν λέγουσι ποιεῖν τῆς εὐφροσύνης*, quo duce aut *λήγειν ποιεῖ τῆς ἀφροσύνης* aut (si in textu *δυσφρονῶν* vel *δυσφρόνων* scripseris) *λέγουσι ποιεῖν τὴν εὐφροσύνην* emendes. Mihi autem nunc constat omnes *veteres* in libris suis invenisse *ἀφροσύνας παραλύει*, quod ob solutam arsin haud improbandum esse videtur, quamvis possis mutare in *παρκλινεῖ* vel *παρκλιεῖ* (futur. *κλείω*). — Prior Schol. ita iunxit: *τὸ δὲ τυχεῖν πειρώμενον, ἀγωνίας ἀφροσύνας παραλύει* = ab aerumna ludorum (sic) liberatur; alter vero melius *ἀγωνίας* = „in ludis" cum *πειρώμενον* iungit. — *Recc.* Scholl. et Gloss. *τῶν ἀλγεινῶν, λυπηρῶν.*

[2]) Scholl. subaudiri iubent apodosin. Ego ad ea, quae olim (Pindaros,

ed. pag.	Böckh. lin.		vs. vulg.
		[τῶν ἀδίκων τελευτησάντων τὸν βίον τιμωρία καὶ κρίσις παρὰ τοῖς ἀποιχομένοις] πᾶσιν (id. πᾶσιν Vat. B), [οὐκ ἂν] ἑαυτῷ [εἰς ἀδικίαν ἐχρήσατο.	
76	3—8	M. (E.), 29—32 Tr., 77, 7 *sq.* Tr., 14—21 Tr., 22—32 M. (E.), 33 Tr.	
—	22	ζῶντας], ἀλλὰ κακόζηλον. [1]) [μεστὴ γὰρ	104
—	19/20	ἔξωθεν οὖν] χρῆται [αὐτῷ πρὸς] δικαιοσύνην. ἢ χρῆσθαι αὐτῷ πρὸς θεοσέβειαν.	
77	34 *sqq.*	Ἴσαις [2]) δ' ἐν ἀμέραις. ἴσον ἡμῖν αὐτοῖς χρόνον [3]) [ἐπιβάλλει ὁ ἥλιος καὶ τοῖς ἐν ᾅδου δικαίοις.] οὐκ ἐπὶ [4]) [τῶν ἀδίκων δὲ ὁ λόγος, ἀλλ' ἐπὶ τῶν δικαίων.] φησὶν οὖν ὅτι τὸν ἥλιον ἔχουσι τοῦτον, καθ' ὃν ἐπιβάλλει αὐτοῖς χρόνον, ἀπονέστερον διάγοντες. [5]) ἡ δὲ σύνταξίς ἐστιν αὕτη. ἐσθλοὶ μὲν αἰεὶ, ἐν ἴσαις νύκτεσσιν, ἐν ἴσαις ἡμέραις, δέρκονται τὸν ἥλιον, ἔχοντες ἀπονέστερον βίοτον. [6])	110
78	21	οὐδὲ γὰρ παρὰ τὴν αἰτίαν τῆς πενίας. Vat. B. Leid. C. Caes. A.	116
—	26/28	Tr., 79, 3—5 M. (E.), 28 *sq.* Tr. (non M.), 29—5 (ἀκριβές) Th.	

Kiel, 1845, p. 79—81) de participii pro verbo finali usu disputavi, addo nunc ex omnium praestantissimo cod. Par. G locum Ol. X (XI), 4:

εἰ δὲ σὺν πόνῳ τις εὖ πράσσων, μελιγάρυες ὕμνοι
ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων τέλλεται.

nam ita ille solus pro πράσσοι (cum glossa εὐτυχῶν νικῶν) scribit. Mihi hoc participium maxime videtur esse Pindaricum. Nec video, si hoc spreveris, melius quam ἀπόδοσιν huius εἰ δέ νιν ἔχων τις οἶδεν facere ea quae vs. 61 = 109 sequuntur ἴσαισι νύκτεσσιν κτλ., omissâ δέ; particulam enim perspicuitatis causa delere oportet.

[1]) Germanus haud raro aut laudem aut vituperationem poetae addit, iisdem plerumque formulis.

[2]) Id. lm. Vat. B. (Rom. Ἴσαι δ').

[3]) Vat. B. Rom. *sqq.* ἴσον ἡμῖν τοῖς χρόνοις ἐπιβάλλει. — Alia Böckhius ex Vrat. A.

[4]) Id. Vat. B. Rom. *sqq.* — Bö. ex Vrat. A alia substituit.

[5]) Ead. Vat. B. Rom. *sqq.* — Alia Bö. ex Vrat. A, sed non ita, opinor, duae scholiorum Didymeorum recensiones diversae quae supersunt misceri debebant, nec fortasse permiscuisset vir eximius, si non ex quo fonte vetustissimo (Vat. B) Romana scholia manaverint inscius fuisset.

[6]) Tu utroque versu cum omnibus libris melioribus ἴσαις scribe, ἐν (nam etiam ante νύκτεσσιν non Thomanis solum sed etiam optimis quibusdam ut

ed. pag.	Böckh. lin.		vs. vulg.
78	35	*ἀνεπίδεκτον* [*καὶ θεοῖς* .... *ὅ ἐστιν, οὐδὲ ὑπὸ θεῶν*] *προσοραθῆναι* [*δυνάμενον.*	122
79	9	*ὅσοι δὲ*] *τρίτον* [*ὑπέμειναν* Vat. B. Leid. C. Caes. A. Rom.	123
—	15	*ἣν ἔταξεν ὁ Ζεὺς*] *ὁδὸν·* [*ὅ ἐστιν*	
—	19	*ὕδασι τέρπεται.* Leid. C (*τέρπονται*). Caes. A.	
80	5	(*αἱ δὲ*) —6 Tr., 7—13 et 30—35 M. (E.), 25 est Demetrii Triclinii (signo peculiari notatum in Mosc. B), ita *νᾶσος χρὴ γράφειν διὰ τὸ μέτρον ἀντὶ τοῦ νήσους* [*ἐκβολῇ*] *τοῦ ῡ* [*ὥςπερ*] *τὸ ἐπιτηδὲς ἀντὶ τοῦ ἐπιτηδεῖς.* (sic). 81, 7—12 Tr. (Th.?) 21—23 Tr. (Th.?) 23 *sq.* Triclinii, cui accedit alterum Triclinianum ex eod. cod. (Mosc. B) *Κρόνος χρὴ γράφειν, οὐ γῆς, ἵν' ἔχῃ πρὸς τὰ μέτρα ὀρθῶς.*	
—	17	*δικαίοις.*] *ἢ* [*τὴν ὑπὸ Διὸς δεδειγμένην*] *ἑαυτῷ.* (Leid. C *διδαγμένην αὐτῷ.*)	126
81	5 *sq.*	*ὅρμοισι, τοῖς ἐνεργήμασιν* (*ἐν ἕρμασιν* Vat. B)· *οἷς τὰς χεῖρας στεφανοῦνται καὶ κεφαλάς· ἢ τῶν ἀνθῶν, ταῖς χερσὶν ὅρμους ἀναπλέκουσι καὶ στεφάνους.* (id. Vat. B.)	135
82	5—11	M. (E.), 11 *sq.* Tr., 28—32 Th., 83, 3—6 Tr. (Th.?), 7—12 M. (E.).	
84	8—12	M. (E.), 12—21 Tr. (?), 37—85, 5 M. (E.), 11—13 Tr., 34—38 M. (E.), 85, 38—86, 13 Tr. (?)	
—	30	*ἔστησα* (non *ἐπίτεινον*) Vat. B. Caes. A. Rom.	160
85	18	*ὄμνυμι*] *ἔνορκον* [*καὶ* Vat. B. Leid. C. Caes A. Rom.	166
—	22	*αὐδάσομαι ἐνόρκιον.*	
86	22	*ἐπέβησαν πολλοὶ*	173
87	6—11	M. (E.), 11—17 Tr. (?), 32—34 (*διηγήσασθαι*) M. (E.), 87, 34—88, 2 Tr. (?)	
—	22/24	*τῷ λόγῳ*] *δίχα κρύψειν* (Leid. C *κρύψιν*) *καὶ ἀφανισμὸν* [*Ἀρίσταρχος*	176/177
—	25	*ἐσθλῶν καλοῖς·* Caes. A. Leid. C. *ἑσλῶν καλοῖς.* Vat. B.	177

Vat. B irrepsit) ex glossa delapsum ab utroque versu expelle. Arsis vs. 2. non est soluta. Vulgatam *Ἴσον δὲ — ἴσα δ' ἐν* procudit Moschopulus, probavit Triclinius. — Proximo versu in *δέκονται* et ipse incideram; pluris tamen facerem Geelii Bergkiive coniecturas, nisi *δέρκονται ἑσλοὶ βίοτον* (transpositis verbis) nunc magis placeret.

ed. Böckh. pag.	lin.	AD OLYMP. III.	vs. vulg.
90	33 *sq*	*ἔπειτα,* *ὁ δὲ Ἀρίσταρχος* [1]	Inscr.
91	15/24	Tr. (?), 24—26 M. (E.), 91, 35—92, 10 M. (E.).	
—	21	*γράψαι.*] *ἢ οὕτω δὲ λογισθήσεται ἐμοὶ ὅτι παρέστη, ἐὰν* [2] *τοῖς Τυνδαρίδαις ἁρέσω, εὑρόντι τρόπον νεοσίγαλον καὶ νεοποίκιλον, ὥστ' ἐναρμόσαι φωνὴν ἀγλαόκωμον ἐν πεδίλῳ Δωρίῳ. τοῦτό ἐστιν ἡ σύνταξις.*	7
—	22	*Νεοσίγαλον· νεοποίκιλον· εὑρόντι καὶ ἐπινοήσαντι τρόπον καὶ ὑπόθεσιν τοῦ γράψαι εἰς Θεοξένια.*	8
92	33	Tr. (non M.)	
93	3	*Ἐπεὶ οἱ στέφανοι οἱ ξευχθέντες μὲν καὶ πεσόντες ἐπὶ τοῖς τῶν ἵππων θριξὶν ἀπαιτοῦσιν ἐμὲ τοῦτο τὸ χρέος τὸ θεόδμητον [τὸν*	12
—	11	*Θήρωνα.*] *ὁ δὲ νοῦς. ὥστε συμμῖξαι τῷ παιδὶ τοῦ Αἰνησιδάμου πρεπόντως, τὴν φόρμιγγά τε τὴν ποικιλόγαρυν, καὶ τὴν βοὴν τῶν αὐλῶν, τὴν θέσιν τε τῶν ἐπέων, ἤγουν συμβαλεῖν αὐτῷ τῷ Θήρωνι τοῖς ὕμνοις. τὸ δὲ πράσσοντι, ἀντὶ τοῦ ἀπαιτοῦντι· πράσσω γὰρ σημαίνει τὸ ἀπαιτῶ, ἐξ οὗ καὶ πράκτωρ· ἢ εἰσπράττουσι· καὶ δι' ἐμοῦ ἀντιπτωτικῶς.*	16
—	14	*χρέος.*] *τουτέστι τὸ θεόκτιστον.*	17
—	29	*κοτίνου.*] *ἢ οὕτως. ᾧτινι ὁ Αἰτωλὸς ἀνὴρ,*	19

